10. 8.

ANTONII C[illegible]CII
GRAMMATICA GALLICA
in III. lib. distributa.

AD

Nicolaum à Buckvvolden, & Franciscum Ranzovium, Nobiles Holsatos.

Cum

Auctoris Epistola ad Martinum Barnecovium Nobilem Danum, de sua Grammatica, & prosodia Gallicana.

[redacted]

ANTVERPIÆ.
Apud Lucam Bellerum.
M. D. LXXVI.

DD. NICOLAO A BVCKVVOLDEN, ET FRANCISCO Ranzovio, Nobilibus Holſatis, dominis & mœcenatibus plurimum colendis S. D.

INTER ornamenta, viri nobiles, quib' Deus opt. max. hominum genus cæteris animantibus præſtare voluit, præclarius ipſa mente nullum eſt: ſiquidem illa una divinitatē refert. Verùm cùm infauſto caſu afflicta, debilitata, & de primo illo dignitatis gradu lōgè ſit deturbata, in hoc omnibus viribus annitendum nobis eſt, vt acceptum detrimētum, quoad poteſt, induſtria ſarciatur: quod nec commodiore via, vix etiam alia ulla ratione fieri poſſe intelligo, quàm ſi

divinam illam nostri partem veris sapientiæ opibus cumulemus. His enim demùm imbutus animus, humanis rebus posthabitis, sese eriget & cœlesti contemplatione fructur. Porrò istud ad communem hominum societatem, cui non minimam nativitatis nostræ partem debemus, haud quaquam multũ adjumenti attulerit, nisi linguæ donũ accedat, cujus beneficio primùm homines ferarum more incertis sedibus vagantes in cœtús urbésq; compulsi fuêre: vis namque orationis non modò mortales congregavit, & ad cultum transtulit Imperia, regna, respublicas instituit, verùm etiam ea potissimùm arte conservantur hactenus et administrantur: sine qua constare nulla prorsus politia potest.
Sed

Sed hæc loquēdi intelligēdiq; facultas quàm sit distracta, non est obscurum: testantur Babyloniorum opera imperfecta: testes etiam sunt quotquot nostris temporibus longè latéque sunt peregrinati. Quamquam enim propè quilibet loqui, plerique etiam copiosè ornatèque dicere queunt: profuerint certè illi suæ tantùm genti, nec ulla ad exteras utilitas demanaverit, nisi plura calleant idiomata. Ex quibus non immeritò diuersarum linguarum peritiam ab eo, qui multis rebusp. prodesse volet, exigimus: In qua quo quisque excelluerit, hoc proprius ad primam illam & veram hominis naturam Deique imaginem accesserit. Contrà si eam è rep. tollas, quis futurus est status? quæ

facies & cõstitutio? Quî pax coli, bella dirimi, motus cõponi, cõtrouersię tolli, simultates dilui poterũt, si pars alterius sensa ignoret, mentem non intelligat? Omnia perturbata sine fide, sine cõmercio jacebũt. Equidem fateor volubiles linguæ motus, firma latera, copiã delectũq; verborũ & sententiarũ grauitatem plurimũ posse, sed in suo genere, accipe: nullũ etenim pondus apud sermonis, quo quis utitur, ignaros obtinent, cùm ignotæ voces solas aures feriãt, animos non subeãt, nec voluntates conciliẽt. ꝙ mihi assentiũtur, qui asserũt orationẽ, quę nõ docet, nec delectare, nec movere, nec persuadere posse. Et hęc quidẽ à me dicta cõmunẽ sensũ minimè fugiũt, licetq; experiri vix posse verã amicitiã inter eos, qui se mutuo nõ intelligãt, constitui. Quę oĩa cũ viris sũma prudẽtia prędítis olim essẽt intellecta, excitarũt multarũ linguarũ desideriũ, & earũ pręsertim quas sibi in vita utiles fore credebant: itaq; Inventutem

huic ſtudio maximè accómodatam, u trò citroq; miſerunt,ut haberent,quorũ opera apud vicinos populos ſermonis varietate diſjunctos & reges uterentur. Deinde annorũ decurſu, ut eſt hominũ ſagax ingeniũ,eruditi memoriã præceptionibus juvari, & diſcentiũ laborẽ levari poſſe crediderũt: in quo genere elaborarũt cum fructu & laude permulti, linguis,quarũ ſtudio homines potiſsimùm teneri judicabant,ad pręceptiones revocatis. Atq; ita horum Scriptorũ labore effectum eſt,ut Hebręorũ,Gręcorum,Latinorumque linguę celebratæ ad noſtrã uſq; tempora penetrarint:cùm alioquin illarum uſus incorruptus nuſquã gentium exerceatur à vulgo,& libris cõtẽtus lateat in eruditorũ gratiã. Quorſũ me hęc cõmemorare exiſtimatis męcenates nẽpe ut inſtituti mei ratio vobis cõſtet, nec vos huj9 mei laboris fruct9fugiat: deinde ut ipſi vobis gaudeatis,tã fœliciter pueriles annos vos exegiſſe,ut ad mater

nam tres linguas adjeceritis. Postremò vt cogitetis, vobis quatuor linguis (Belgicam enim taceo) instructis patere aditum ad amplissimos togæ sagiq; honores. Sive enim quietam vitam quæretis, & pacem cum salute patriæ conjunctam agitare voletis: sive arma tractare maletis, & vos bellicæ expeditiones invitabunt, habetis profectò præsidia non vulgaria, quæ ad summam rei gerendæ vos præ cæteris evehere possint. Quod mihi credatis nolo, nisi memoria liceat repetere: multos nostra ætate, vel exercitui, vel ordinibus ductandis ob has artes fuisse præfectos. Verùm enimverò quia Gallorum consuetudo aliquando vobis deerit, necessària lectio futura est ne pleraque (quod usu venire solet)

vobis excidant: ſi tamen quid exciderit, conſuletis hanc, quam vobis mitto, Grammaticam, illa enim meas vices obibit. Hanc ego ex illa, quæ inauſpicatò, aliter atque alio loco, quàm voluerim anno ſeptuageſimo exiit, concinnavi: ſed ita quidem, ut omnia innovata videantur, et revera ſint. In tres libros eam partitus ſum, quorum primo Orthographiam, altero Etymologiam, tertio Syntaxin complexus videor mihi ex profeſſo Celticæ linguæ proprietatem aperuiſſe, non habita ratione ſermonis Latini, quæ multos in errores pellexit. Fruimini itaque his meis laboribus, quos veſtra cauſſa ſuſceptos vobis veſtroque nomini inſcribo. Nec eſt quod hîc mangonũ more hoc opus

verbis commendem aut exornem: vos enim ipsi rē intelligitis: oculati teſtes eſtis, quātos mihi ſudores expreſſerit: quantam temporis jacturam fecerim: quàm graviora & utiliora ſtudia neglexerim, quorum omnium nihil pœnitebit, ſi hoc officij genus vobis gratum eſſe ſenſero. Valete, & eum, quo in me ſemper fuiſtis, animum conſtanter retinete. Ranzoholmió Cal. Septemb. anno Domini 1574.

V. Studioſus.

Antonius Caucius.

IN LIBROS GRAMMATICAE GALLICÆ ACCVRATISSIMOS V.CL. Antonij Caucij.

Grande fremit torrens, luculenta concitus unda,
Inuoluitq́; suo vortice prata, nemus.
At phrygij gaza regis qui ditat Iberos,
Et lenis, & liquido profluit amne Tagus.
Delectent alios immensa volumina Gotthi,
Barbarici illuuie tota referta luti:
Grammaticæ nos scripta tuæ, doctißime CAVCI,
Barbarie nulla squalida sorde iuuant.
Aureoli saluete mihi, saluete libelli,
In quibus ipsa manus abluit Euphrosyna.

Gregorius Bersmanus.

C. R. E. P. L. A. F.

Cauci docte tui qui quærit nominis ortum,
Compositum ex linguis id sciat esse tribus:
Sternere prima viam, verùm altera sternere cautè
Iußit, ob id laudem tertia spondet opus.
Hic liber ista via est, duce te quam tutus inibit
Quisquis erit lingua captus amore tuæ.

Εἰς τὴν κελτικορωμαϊκὴν εἰσαγωγὴν
Ἀντωνίου Καυκίου, ἐπίγραμμα.

Τῶν τεσσάρων εὐρώπης ἐξοχωτέρων
Γλωσσῶν ὅς εἶπε τὴν μὲν πρώτην Αὐσόνων
Φιλόρητον ἠδὲ σεμνὸν, τὴν δ' Ἰβηρικὴν
Ἐρωτικὴν, ἀρήϊον Γερμανικὴν:
Χαρίεσσαν εἶναι τὴν τετάρτην κελτικὴν:
Οὐκ εἶπ' ἀγνωμόνως, ἀλλ' ἀξεκὲς σφόδρα.
Ἔχει τὰ ῥητόρων δ' ὥς τι μεγαλοπρεπὲς
Οὐ πᾶσ' ὀνήσιμον, μήδ' ἐν πᾶσι πρέπον
Ἐρωτικὴ δ' αὖ γλῶσσ' ἀσέλγειάν τινα,
Ἀρήϊος ἀνδρικὴ 'στιν, οὐκ ἐράσμιος:
Οὕτως ἄρ ἡ χαρίεσσ' ἔχει τὶ μάλ' εὐπρεπὲς
Παρὰ πᾶσι, πάντ' ἐν καιρῷ, πάντι πράγματι.
Ταύτην διδάσκων εὐφυῶς ὁ Καύκιος,
Οὐ προυργιαίτερόν τι σοὶ ποιεῖν δοκεῖ,
Ἢ τὰς ἑτέρας διδάσκων, ἃς εἰρήκαμεν,
Τὴν ῥητορεύουσαν, ἀνδρείαν, ἐρωτικήν.

DE GALLICO LATINAE GRAMMATICAE LIBRO ANTONII CAVCII

Epigramma.

DE insignibus qui Europæ linguis quattuor
Dixit, grauem esse planè ac oratoriam
Qua vtantur Ausones: procis Ibericam
Idoneam: Germanicam Mauortiam:
Verùm lepôris multum habere Celticam:
Non imperitè dixit. ita se res habet.
At enim uelut magnifica est oratoria,
Nec omnibus vel conueniens, vel vtilis:
Lasciuiæ expers non est, vt amatoria:
Virilis est Mauortia, haud amabilis:
Sic quæ venusta est, ea quiddam decens habet
Quosuis apud, quauis in re, ac tempore.
Hanc qui docet post alios dextrè Caucius,
Non præstat operæ pretium majus obsecro,
Quam si doceret cæteras, quas diximus,
Cupidineam, virilem, & oratoriam?

Ioannes Levvenklavv.

AD MARTINVM BARNECOVIVM, NOBILEM DAnum, de sua Grammatica & prosodia Gallicana, epistola.

LITERARVM vim, dictionum accidentia & orationis structuram tribus libris & methodo omnem reprehensionem fugiente complexus, studiosorum expectationi fecisse satis, & Grammatici munus undequaque explevisse mihi videor, ijs in regulas præceptionesque assertis, quibus in sermonis usum receptis nostra Gallia utitur. Animo autem prospicio non defuturos, qui syllabicæ quantitatis rationem à Latinis in sua lingua, Græcisque diligenter obseruatã, & à me hic penè silentio prætermissam, requirant, credantque ab eo, qui Grammatici nomen ambiat, jure exigi posse. sed ijs sic occursum responsumque velim. Primo libro quicquid ad prolationem spectat ex officio me sedulò expedivisse, notatis obiter, quæ de syllabarum quantitate tenenda judicaui: adeo vt existimem pluribus nihil opus fuisse, cùm

cùm nostrates, nullā adhuc quantitatis doctrinam secuti, versus solo syllabarum numero metiantur, ut & Itali & Germani. quod ab omnibus nostræ linguæ gnaris nullo negotio, & me tacente animadverti potest. Sed dices officij satis exteris gentibus vulgata eliminando, patriæ parum præstari: majorem gratiam à nostris hominibus & posteritate trahi posse, si patrium sermonem illustrare, & ad splendorem, quem est consecutus, aliquid adferre laborarem. Ego sanè patriæ carissimæ (cujus opes præstantiamque alijs commēdo, linguam celeberrimam et nomen immortale esse cupio) hactenus nunquā defui, nec ullum in posterum laborem eius causa subterfugiam. Ac si gravius aliquod meæ in patriam voluntatis testimonium expectas, age, fatebor ingenuè quod res est, modo ne confessionem invidia comitetur. Ante elapsum lustrum nostræ orationis energiam proprietatemque summa expendebam diligentia, quam nunc graviora artis medicæ studia nonnihil distraxerūt. Eo ipso tempore cùm, præter e correptum & é productum leviaque nonnulla, nihil de syllabarum quantitate mi-

hi-

hi aut cuiquam mortalium, credo, constaret Latinis Græcisque unam Prosodiam invidebam magnoperè, qua destituti illis, hac in parte, cedere cogeremur. Verùm enimverò ista me æmulatio eò studij impulit, ut nostrorum Poëtarum versus sæpius recitatos studiosè examinaverim, inverterim, auriumque judicio subjecerim: inversione porrò suavitatem minui, gratiamque tolli non obscurè cōperi. ex quo suspicio incidit occultæ cujusdam neque dum detectæ prosodiæ, quam imprudentes & nescij natura duce, sequeremur. Hic animus diversas in partes meus ferebatur, multisque comportatis & congestis, ad metricam scientiam iter tentabat: quò Græcorum Latinorumque exempla incitabant, quos non nisi florentissima rep. rhytmos fastidivisse, & hanc dignitatē consecutos esse intelligebat. Itaque labori omnia cedere persuasus, formavi mihi aliquot regulas, ut Positio, Diphthongus, & Vocalis antecedens tacitam consonantem produceretur, ut & é & i in finalibus: e breve autem semper corriperetur, nisi muta cum liquida sequente, quo casu anceps haberi posset.

possset. Constituebam etiam *a* correptum in *ma,ta,sa,la* artic. seu pronomine (protrahi *là* credebam) veluti. *l,n,r,t* finalia: *s* verò pendere ex vocalis præfixæ quantitate. Vocalem quidem ante aliam correptam statuebam, præter *i* ante *e* breve in terminatione, quod quidem longum esse ad Græcorum imitationem censeo, ut *folie, furie, compagnie* &c. In memoriam quoque revocabam quæcunque per Grammaticam diffusa ad hoc institutum pertinere videbantur. Quæ omnia si non sufficiunt, reliqua cùm à Latinis tùm Græcis petentur, aut eorum exemplo effingi poterunt: quæ ratio docebit quantitatem nominis *ămour*, & *ămant*. Nec abs re fuerit observare, mutas consonantes à majoribus receptas nō modò significari, verum etiam quantitatis seu accentus discrimen ostendere: Immo verò hoc prius quàm illud, nam ex accentu & prolatione diversa colligitur significatio, exempli gratia, *pesther, pesther: paste, pate: teste, tete* &c. quibus positis aliquot disticha concinnavi, quorum unum adscribam.

Toi, quiconque reprens & juges un autre, ne forfais,
Ou sois seur que chacun prest de te mordre sera.

Accipe & hoc

Mieux vaut suivre la sainte & bande petitte qu'en Enfer
En suite d'un tregrand nombre malin trebucher.

Et quidem ut plura aliquando generisque diversi carmina fingam, legendaque proponam, calcar addit Stephani Iodeli exemplũ, qui primus, non dico condidit, sed in lucem sua metra protulit eo ipso anno, quo tu Lutetiæ operam literis cum Breda Ranzouio, domini mei filio, dabas. Num ea, quæ jam commemoravi, trivialia aut pervulgata censentur? fateberis, pro tuo candore, & recens, & summo labore ad patriæ decus & gloriam eruta, ex quibus aliquando Prosodiæ & metri doctrina erigi possit. Qui autem tibi arrident? ut placent? Subjunges forsan, exiguam te voluptatem ex ijs capere posse, quæ nec gallicis auribus admodum probentur. At inveteratæ consuetudinis culpa & injuria est, quam temporis defluxus vindicabit. Nec mirum videri debet, si tam novi atque inexpectati hospites ægrè recipiantur, sic enim est comparatum, ut diuturnam consuetudinem inviti deponamus, aut ĩmutemus: cujus quidem vis non modo venena amica, sed e-

tiam

tiam mentis errores gratissimos reddit. Græcos in exemplum trahere necesse non habeo, Romani quoque metri origo non est tibi ignota: utrique sanè in constituenda re metrica plurimùm laborarunt, adeo ut haud ineptè quibusdam responderim: Tantæ molis erat Romanum condere metrum, quod etsi inventores rudiore Minerva scripserunt, nec ad eam, quam post accepit perfectionem, deducere potuerunt: laudandum tamen est eorum institutum, qui patriæ laudis amplificandæ non nisi cum vita deposuerunt voluntatem, quam fatis tandem urgētibus, posteritati hæreditatis loco demandarunt.

Quamquam autem, vel nostrorum Gallorum sententia, arduum est summéque difficile quod molimur, non tamen labori succumbere decet, sed pro grandibus certare, ut trophæis nostris patria cohonestetur: sic enim fiet, ut nec Græciæ, nec Italiæ cultissimis Sapientiæ nutricibus quicquam cedat.

In quo quidem genere (nisi studium cona

tusque meos fata intepellét) industriam meã diu desiderari minimè patiar. Porrò si qui ingenioli mei fœtus luce digni videbuntur, Domine Barnecovi, censuræ & acerrimo tuo judicio subjiciam, ut illorum seu edendorũ, seu supprimẽdorum mihi sis auctor: scis enim quanti ego te semper fecerim. Quod superest, animum, quo in me semper fuisti, ne depone. Ioannem & Canutum Rhutios fratres, consobrinos tuos ut meis verbis officio sis salutes, rogo. Vale cum tuo VVennero fœlicissimè. Data Colonia Agrip. pridie Kalendas Ianuarias Anni 1575.

Tuus quatenus suus

Antonius Caucius.

Sur ferme chaussée fait bon à cheminer.

GRAMMATICAE GALLICAE.

Liber I.

DE LITERIS ET SYLLABIS.

GRammaticam scripturus à literis vocũ elementis exordior, ut his explicatis ad dictiones & orationes expeditior aditus pateat: necessaria quippe illarum cognitio est, & eò maiore studio comparanda, quò usus minùs constans certusq; est. Nam cùm literas suas Gallis devictis Romani imposuissent, nec Gallico sermoni exprimendo sufficerent, variè illas copulare, variaq; interdum pro situ potestate donare majores nostri, quàm alias adfingere maluerunt vel debuerunt. Et quidem illa ratio ad nostram usque ætatem penetrauit, & à nostris hominibus usurpata facit ut in vulgata orthographia permulta desiderari posint, quæ ad perspicuitatem lucemque valeant. Itaque in ea proponenda, demonstranda, explanandaq; prima hujus instituti pars versabitur, dabiturque à me opera, ut cuiusq; literæ vis & vsus elucescat. si priùs lectorem hoc unum præmonuero, me docere potissimùm quid sit in vsu (cujus depravatio obiter indicabitur) non quid esse oporteat: neq; enim tam ingenij opinionem aucupor

 quàm,

verbis commendem aut exornem: vos enim ipsi rē intelligitis: oculati testes estis, quātos mihi sudores expresserit: quantam temporis jacturam fecerim: quàm graviora & utiliora studia neglexerim, quorum omnium nihil pœnitebit, si hoc officij genus vobis gratum esse sensero. Valete, & eum, quo in me semper fuistis, animum constanter retinete. Ranzoholmió Cal. Septemb. anno Domini 1574.

V. Studiosus.

Antonius Caucius.

IN LIBROS GRAMMATICAE GALLICÆ ACCVRATISSIMOS V.CL. Antonij Caucij.

Grande fremit torrens, luculenta concitus unda,
Inuoluitq; suo vortice prata, nemus.
At phrygij gaza regis qui ditat Iberos,
Et lens, & liquido profluit amne Tagus.
Delectent alios immensa volumina Gotthi,
Barbaries illuuie tota referta luti:
Grammaticæ nos scripta tuæ, doctissime CAVCI,
Barbarie nulla squalida sorde iuuant.
Aureoli saluete mihi, saluete libelli,
In quibus ipsa manus abluit Euphrosyna.

Gregorius Bersmanus.

C.R.E.P.L.A.F.

Cauci docte tui qui quærit nominis ortum,
Compositum ex linguis id sciat esse tribus:
Sternere prima viam, verùm altera sternere cautè
Iussit, ob id laudem tertia spondet opus.
Hic liber ista via est, duce te quam tutus inibit
Quisquis erit lingua captus amore tuæ.

Εις τὴν κελτικορωμαϊκην ἐισαγωγὴν Αντωνίου Καυκίυ, ἐπίγραμμα.

Τῶν τεσσάρων ἐυρώπης ἐξοχωτέρων
Γλωσσῶν ὅς ἐιπε τὴν μὲν πρώτην Αυσόνων
Φιλορῆτον ἠδὲ σεμνὸν, τὴν δ' Ιβηρικὴν
Ερωτικὴν, ἀρήϊον Γερμανικὴν:
Χαρίεσσαν ἐιναι τὴν τετάρτην κελτικὴν:
Ουκ ἐιπ' ἀγνωμόνως, ἀλλ' ἀξεκὲς σφόδρα.
Εχει τὰ ῥητόρων δ' ὥς τι μεγαλοπρεπὲς
Ου πᾶσ' ὀνήσιμον, μήδ' ἐν πᾶσι πρέπον
Ερωτικὴ δ' ἂυ γλῶσσ' ἀσέλγειάν τινα,
Αρήϊος ἀνδρικὴ 'στιν, ὀυκ ἐράσμιος:
Οντως ἄρ ἡ χαρίεσσ' ἔχει τὶ μάλ' ἐυπρεπὲς
Παρα πᾶσι, πάντ' ἐν καιρῷ, πάντι πράγματι,
Ταύτην διδάσκων ἐυφυῶς ὁ Καύκιος,
Ου προυργιαίτερόν τι σοὶ ποιεῖν δοκεῖ,
Η τὰς ἑτέρας διδασκῶν, ἅς ἐιρήκαμεν,
Τὴν ῥητορέυουσαν, ἀνδρεῖαν, ἐρωτικήν.

DE GALLICO LATINAE GRAMMATICAE LIBRO ANTONII CAVCII Epigramma.

DE insignibus qui Europæ linguis quattuor
Dixit, grauem esse planè ac oratoriam
Qua vtantur Ausones: procis Ibericam
Idoneam: Germanicam Mauortiam:
Verùm lepôris multum habere Celticam:
Non imperitè dixit. ita se res habet.
At enim uelut magnifica est oratoria,
Nec omnibus vel conueniens, vel vtilis:
Lasciuiæ expers non est, vt amatoria:
Virilis est Mauortia, haud amabilis:
Sic quæ venusta est, ea quiddam decens habet
Quosuis apud, quauis in re, ac tempore.
Hanc qui docet post alios dextrè Caucius,
Non præstat operæ pretium majus obsecro,
Quam si doceret cæteras, quas diximus,
Cupidineam, virilem, & oratoriam?

Ioannes Levvenklavv.

AD MARTINVM BAR-NECOVIVM, NOBILEM DAnum, de ſua Grammatica & proſodia Gallicana, epiſtola.

LITERARVM vim, dictionum accidentia & orationis ſtructuram tribus libris & methodo omnem reprehenſionem fugiente complexus, ſtudioſorum expectationi feciſſe ſatis, & Grammatici munus undequaque expleviſſe mihi videor, ijs in regulas præceptioneſque aſſertis, quibus in ſermonis uſum receptis noſtra Gallia utitur. Animo autem proſpicio non defuturos, qui ſyllabicæ quantitatis rationem à Latinis in ſua lingua, Græciſque diligenter obſeruatã, & à me hic penè ſilentio prætermiſſam, requirant, credantque ab eo, qui Grammatici nomen ambiat, jure exigi poſſe. ſed ijs ſic occurſum reſponſumque velim. Primo libro quicquid ad prolationem ſpectat ex officio me ſedulò expediviſſe, notatis obiter, quæ de ſyllabarum quantitate tenenda judicaui: adeo vt exiſtimem pluribus nihil opus fuiſſe,

cùm

cùm nostrates, nullā adhuc quantitatis doctrinam secuti, versus solo syllabarum numero metiantur, ut & Itali & Germani. quod ab omnibus nostræ linguæ gnaris nullo negotio, & me tacente animadverti potest. Sed dices officij satis exteris gentibus vulgata eliminando, patriæ parum præstari: majorem gratiam à nostris hominibus & posteritate trahi posse, si patrium sermonem illustrare, & ad splendorem, quem est consecutus, aliquid adferre laborarem. Ego sanè patriæ carissimæ (cujus opes præstantiamque alijs commēdo, linguam celeberrimam et nomen immortale esse cupio) hactenus nunquā defui, nec ullum in posterum laborem eius causa subterfugiam. Ac si gravius aliquod meæ in patriam voluntatis testimonium expectas, age, fatebor ingenuè quod res est, modo he confessionem invidia comitetur. Ante elapsum lustrum nostræ orationis energiam proprietatemque summa expendebam diligentia, quam nunc graviora artis medicæ studia nonnihil distraxerūt. Eo ipso tempore cùm, præter e correptum & é productum leviaque nonnulla, nihil de syllabarum quantitate mihi-

hi aut cuiquam mortalium, credo, constaret Latinis Græcisque unam Prosodiam invidebam magnoperè, qua destituti illis, hac in parte, cedere cogeremur. Verùm enimverò ista me æmulatio eò studij impulit, ut nostrorum Poëtarum versus sæpius recitatos studiosè examinaverim, inverterim, auriumque judicio subjecerim: inversione porrò suavitatem minui, gratiamque tolli non obscurè cōperi. ex quo suspicio incidit occultæ cujusdam neque dum detectæ prosodiæ, quàm imprudentes & nescij natura duce, sequeremur. Hic animus diversas in partes meus ferebatur, multisque comportatis & congestis, ad metricam scientiam iter tentabat: quò Græcorum Latinorumque exempla incitabant, quos non nisi florentissima rep. rhytmos fastidivisse, & hanc dignitatē consecutos esse intelligebat. Itaque labori omnia cedere persuasus, formavi mihi aliquot regulas, ut Positio, Diphthongus, & Vocalis antecedens tacitam consonantem produceretur, ut & é & i in finalibus: e breve autem semper corriperetur, nisi muta cum liquida sequente, quo casu anceps haberi
posset.

posset. Constituebam etiam *a* correptum in *ma,ta,sa,la* artic. seu pronomine (protrahi *là* credebam) veluti. *l,n,r,t* finalia: *s* verò perdere ex vocalis præfixæ quantitate. Vocalem quidem ante aliam correptam statuebam, præter *i* ante *e* breve in terminatione, quod quidem longum esse ad Græcorum imitationem censeo, ut *folie, furie, compagnie* &c. In memoriam quoque revocabam quæcunque per Grammaticam diffusa ad hoc institutum pertinere videbantur. Quæ omnia si non sufficiunt, reliqua cùm à Latinis tùm Græcis petentur, aut eorum exemplo effingi poterunt: quæ ratio docebit quantitatem nominis *ămour*, & *ămant*. Nec abs re fuerit observare, mutas consonantes à majoribus receptas nō modò significari, verum etiam quantitatis seu accentus discrimen ostendere: Immo verò hoc prius quàm illud, nam ex accentu & prolatione diversa colligitur significatio, exempli gratia, *pescher, pecher: paste, pate: teste, tete* &c. quibus positis aliquot disticha concinnavi, quorum unum adscribam.

Toi, quiconque reprens & iuges un autre, ne forfais,
Ou sois seur que chacun prest de te mordre sera.

B accipe

Accipe & hoc

Mieux vaut suivre la sainte & bande petitte qu'en Enfer
En suite d'un tregrand nombre mal'en trebucher.

Et quidem ut plura aliquando generisque diversi carmina fingam, legendaque proponam, calcar addit Stephani Iodeli exemplũ, qui primus, non dico condidit, sed in lucem sua metra protulit eo ipso anno, quo tu Lutetiæ operam literis cum Breda Ranzouio, domini mei filio, dabas. Num ea, quæ jam commemoravi, trivialia aut pervulgata censentur? fateberis, pro tuo candore, & recens, & summo labore ad patriæ decus & gloriam eruta, ex quibus aliquando Prosodiæ & metri doctrina erigi posſit. Qui autem tibi arrident? ut placent? Subjunges forsan, exiguam te voluptatem ex ijs capere posse, quæ nec gallicis auribus admodum probentur. At inveteratæ consuetudinis culpa & injuria est, quam temporis defluxus vindicabit. Nec mirum videri debet, si tam novi atque inexpectati hospites ægrè recipiantur, sic enim est comparatum, ut diuturnam consuetudinem inviti deponamus, aut imutemus: cujus quidem vis non modo venena amica, sed e-

tiam

tiam mentis errores gratissimos reddit. Græcos in exemplum trahere necesse non habeo, Romani quoque metri origo non est tibi ignota: utrique sanè in constituenda re metrica plurimùm laborarunt, adeo ut haud ineptè quibusdam responderim: Tantæ molis erat Romanum condere metrum, quod etsi inventores rudiore Minerva scripserunt, nec ad eam, quam post accepit perfectionem, deducere potuerunt: laudandum tamen est eorum institutum, qui patriæ laudis amplificandæ non nisi cum vita deposuerunt voluntatem, quam fatis tandem urgētibus, posteritati hæreditatis loco demandarunt.

Quamquam autem, vel nostrorum Gallorum sententia, arduum est summéque difficile quod molimur, non tamen labori succumbere decet, sed pro grandibus certare, ut trophæis nostris patria cohonestetur: sic enim fiet, ut nec Græciæ, nec Italiæ cultissimis Sapientiæ nutricibus quicquam cedat.

In quo quidem genere (nisi studium cona

GRAMMATICAE GALLICAE.

Liber I.

DE LITERIS ET SYLLABIS.

GRammaticam ſcripturus à literis vocũ elementis exordior, ut his explicatis ad dictiones & orationes expeditior aditus pateat: neceſſaria quippe illarum cognitio eſt,& eò maiore ſtudio comparanda,quò uſus minus conſtans certuſq; eſt. Nam cùm literas ſuas Gallis devictis Romani impoſuiſſent, nec Gallico ſermoni exprimendo ſufficerent,variè illas copulare, variaq;interdum pro ſitu poteſtate donare majores noſtri,quàm alias adfingere maluerunt vel debuerunt. Et quidem illa ratio ad noſtram uſque ætatem penetrauit,& à noſtris hominibus uſurpata facit ut in vulgata orthographia permulta deſiderari poſsint,quæ ad perſpicuitatem lucemque valeant.Itaque in ea proponenda,demonſtranda,explanandaq; prima hujus inſtituti pars verſabitur, dabiturque à me opera, ut cuiuſq;literæ vis & vſus eluceſcat.ſi priùs lectorem hoc unum præmonuero,me docere potiſsimùm quid ſit in vſu(cujus depravatio obiter indicabitur) non quid eſſe oporteat:nec enim tam ingenij opinionem aucupor

 quàm,

quàm ſtudioſorum utilitati commodare ſtudeo.

A Latinis accepimus

A b c d e f g h i j l m n o p q r s t u v x z & y

qua carere poſſumus

Etſi hæ literæ Latinæ ſunt, græcorum tamen characterum (quibus vetuſtas uſa creditur) veſtigia pertinaciter retinet Chirographia noſtra in ε & ϡ. Porrò quia longè diverſus apud nos horum elementorum uſus eſt, atque apud Latinos fuiſſe putatur, ſingulorum examen ſubjiciam.

VOCALES SVNT.

a, e, i, o, u. Loco tertiæ vulgus uſurpat Græcorum *y* in fine aut exordio dictionis: itemque in diphthongorum quarundam calce, ut lectio teſtatur.

VOCALIVM EXAMEN.

A temperari quadam vocis moderatione debet, quod dubium non erit animadvertenti quaſdam dictiones per *a* aut *e* indifferenter ſcribi, ut *garir* & *guerir*, curare ſanare.

E duplex { longum { purum. / breve. { mixtum ſeu apertum.

E longum purum efficit, plenum clarumque ſonum, & notatur præſertim in vocum calce accentu acuto, nec differt à latino, ut *Deité*, deïtas: *verité*, veritas: *amitié*, amicitia.

E longum mixtum ſive apertum, quod ore exerto redditur, videturque ex *a* & *e* conflatum vulgo

consonantem sono frustratam antecedit, vt
estre, esse
fenestre, fenestra.

Illud frequens est in terminatione: hoc dictionē nunquam claudit. Illud terminationis consonanti non nisi in peregrinis & paucis alijs ut *fer, per*, præfigitur: hoc autem frequenter præmittitur. Nunquā enim e ante ultimam consonantem tam purè in nostris vocabulis quàm in latinis sonat, nec eodem modo hæc sonant, *facultés*, facultates: *vous dormés*, dormis.

E breve, quod fœmininum alij parum aptè nominant, adeo breviter redditur, ut leviter exaudiatur possitque interdum abesse, ut *supçonner* pro *supeçonner* id est suspicari, & in id rythmus desinens reliquos numero syllabarum excedat.

venir,	venire.	*tante*,	amita.
tenire,	tenere.	*nature*,	natura.
petit,	parvus.	*rare*,	rarus, a.
contredire,	contradicere.	*une jeune & belle fille*,	

Hoc e aversionem patitur & apostrophum.

ADNOTATIO.

Hujus quantitate neglecta lubricus est in errorem prolapsus: nam *pécher* piscari dicitur, *pecher* peccare: *dégouter* fastidium movere, *degouter* stillare: *jugé* judicatus, *juge* judex, quibus non distinctis sensum perverti ne. esse est.

Interseri-

Interſeritur *e* inter *c* & *g* & vocales *a, o, u*, ad conſonantium earum aſperitatem molliendam, ut eodem modo ſonent quo ante *e* aut *i*. Ipſum autem *e* mutum eſt & tantùm conſonantem antecedentem afficit. ut *j'ai receu*, accepi: *conceu*, concepi: *deceu*, decepi &c, *nous commenceons*, incipimus. *Bourgeois*, civis: *dongeon*, arx, *nous mangeons*, edimus: *mangeable* eſui aptus, a: *en mangeant* manducando: *en nageant* natando: *nous jugeons* judicamus: *nous jugeames*, judicavimus &c. Hac de re luculentius diſſeram in prima conjugatione. Verùm nunc *e* repudiari cœpit, & ſemi-circularis nota conſonãti *c* ſubfigi in pleriſq; vt

façon modus. *je reçoi*, recipio.
leçon, lectio. *j'apperçoi*, animadverto.
rançon, lytron. Eadem ratione licebit illud reijcere in alijs, *i'ai reçu*, *deçu*, *conçu*, *apperçu* & ſimilibus, quod temporis decurſu omnes comprobabunt.

E quod in ſyllaba *m* aut *n* adjunctum habet medium quendam ſonum inter *a* & *e* conſtituit, ut *La femme prudente eſt l'ornement de la maiſon*, prudens mulier eſt ornamentum domus.

Recepta ſcribendi ratio accentu acuto notat *é* longum purum in terminatione, nec aliud diſcrimen novit. Fuerunt tamen ante 40. annos qui *e* breve linea tranſverſa ſecuerint hoc modo ẹ idque ferè in verſu, & potiſsimum ubi Apoſtrophe locum habebat. Hos quidam Neoterici ſecuti ita diſtinxerunt e ẹ. Sunt & quibus hæc differentiæ notatio placeat *e*, *e'*, ẹ: verũ nos

nos præſentibus gaudere decet.

I & *o* nihil à Latinorum prolatione & uſu diſtātt niſi quod *i* cum *m* aut *n* in ſyllaba *ei* videatur efferri, & *o* pro *ou* interdum quibuſdam nullo diſcrimine pingatur. ut *doleur* & *douleur*, dolor: *volonté* & *voulonté*, volontas: *vol ir* & *voul ir* velle, quod magis placet, ne in pleriſque motionibus cum verbo *voler* volare confundatur.

u purum & ſimplicem ſonum gignit, reſpondetq; germanico duobus apiculis notato, ſic ü übel. ut *vertu*, virtus: *fetu* feſtuca: *un boſſu* gibboſus: *chacun em prunte* quilibet mutuo accipit: *lundi*, dies Lunæ. Ac in vocibus à Latinis derivatis redditur ut ȣ Græcorum, præſertim ante *m* aut *n*, *unze* undecim: *umbre*, umbra: *conjunction* & ſimilia quæ per *o* ſcribi cœperunt. Eſt autem *u* plerique mutum & *c* & g appoſitum ſequente vocali *e* vel *i* vt illarum aſperitas retineatur, *longue harangue*, longa oratio: *langue* lingua: *languir* languere: *guiſe*, modus, germ. weiſe. *une guide*: dux itineris: *cueur* cor: *cueillir* colligere. Id autem poſt g ferè generale eſt, exceptis *ambiguité*, *exiguité*, *arguer* cum compoſitis.

ADMONITIO.

Quælibet vocalis plenum ſonum ſemper & maximè in vocum fine edere debet, præter e breve.

Geminum *w* rarum eſt, & vix aliàs, quàm in vocibus exterarum gentium exarandis uſurpatur. *weſt*, *weſtphalie*.

westphalie. walons. Et ut ingenuè fatear non opus habemus, cum nostra vocalis simplex id præstare queat, *uest, uestphalie, ualons* &c. Nam quoties sic pingemus, intelligetur esse vocalis nō consonans.

DE DIPHTHONGIS.

Vocalium multiplices nexiones, Diphthongique sunt, quarum aliæ Mixtæ, aliæ distinctæ, aliæ Impropriæ nominari non ineptè poterunt.

DIPHTHONGI MIXTÆ.

Hæ sunt quæ sonum quendam mixtum & ex duabus vocalibus concretum seu conflatum efficiunt, ut

ai *paier*, alicui solvere: *paiant* solvens: *aiant* habens: *paille* palea: *maille* obolus.

au *cause*, caussa: *faute*, error:

ei *veine* vena *peine* pœna: *veiller* vigilare: *neiger* ningere

eu *heure*, hora: *auteur* autor.

oi *moins* minus: *moindre* minor, us: *poindre* pungere

ou *nous* nos: *vous* vos: *tous*, omnes.

DE *ai.*

Hæc diphthongus de suo sono plerunque ante consonantes decedit. & quidem sequente *m* aut *n* in *ei* degenerat, ut *qui a faim mange bien du pain* id est esuriens etiam pane vescitur: *une main* manus: *maintien* gestus. Aliâs eo modo quo Græca diphthongus vulgò redditur, ut

faire,	facere	*naissance*	nativitas.
plaire,	placere	*maison,*	domus familia.

neceſſaire neceſſarius,a um. *raiſon*,ratio,æquum. *maitre* vel *maiſtre*,dominus,herus.*chair*,caro.quò ſpectant & hæc *amair*,*chair* quæ jam ſcribimus ſic,*amer* amarus:*cher*, carus.

In terminatione effertur propè uti *é*:ab alijs paullo molliùs,ut ad *ei* videatur accedere. *Non ferai* non faciam:*ſi ferai* Imò faciam. *Ie luy dirai*, dicam illi: *Ie le ferai* id faciam: *Tant que vivrai*,quamdiu vivam.

DE *au*.

Hujus geminus ſonus eum refert quem docti Græcorum *ω* tribuunt: ideoque nonnulli *u* rejecto ſubſtituunt *o*, hoc pacto *ao*. Vulgus porrò nulla originis habita ratione,dum voces auditas literis exprimere conatur, ſolo *o* utitur pingitque in tabulis *O Cerf*: *O Lion d'or*: *O pot d'eſtain* &c.

Nam hanc diphthongum efferentes videmur potius *o* quoddam longum,quàm *au*, ut in Autor ſonat,pronunciare: & rotondiore ore exit,quàm Belgæ autumant, qui noſtram ſcripturam ad Latinam quantum poſſunt accommodant.

Sed ut quiſque intelligat cur hac in re multitudinem imperitam ſequar, proponat ſibi receptam ſcribendi conſuetudinem in vocibus *oreille*,auris: *or* aurum,& ſimilibus ac tum comperiet me rei veritate & doctorum judicio potiùs, quàm vulgi opinione aut exemplo moveri. Hîc enim negligitur derivatio à veteribus obſervata.

Quod si tamen consuetudo mutari ægrè potest, & quod volo, minùs recipitur, non laboro: sectare vetustatem, præsentibus utere, ita tamen ut vocibus nostris germana prolatio maneat, præsertim in hac diphthongo quę ab *o* non multùm distat, rotundum que sonum constituit, *roiaume* regnum: *heaume* galea: *paume* palma manus: *mauvais auteur*, malus autor: *beaucoup de maux* multa mala.

De *ei*.

Constans est hæc. sed velim studiosum non ignorare quod *i* ante *u* eodem modo reddatur, quod fit propter obtusum sonum illius consonantis.

De *eu*.

Pronunciatur ut in Eurus. *peur* timor: *fleur* flos: *meurtre* cædes: *heureux* fœlix: *flateur* adulator: *menteur* mendax. Simplicius in vocum calce exit, nempe ac si *e* abesset. *Ie ne l'ai peu trouver*, non potui illum invenire: *Ie ne sceu jamais cela*, nunquam id scivi: *Ie croi l'avoir veu & cogneu* credo me illum vidisse & novisse, &c. In his *e* non exauditur sed simplex *u*, quò fit ut rejiciatur à veræ orthographiæ studiosis. *j'ay pu, su, vu, conu:* quorum alia facilius, alia difficiliùs usus consignabit.

De *oi*.

Potestas legitima huius nexionis cernitur in *loial* fidus: *roial* regius: *moins loin* minùs longè: *soing* cura: *besoin* necesse: *coin* angulus. atque ita quidem semper ante *n*, nisi quod *roine* profertur ac si scrip

tum

tum esset *reine*.i.regina. Alioqui ante alias consonantes atque etiam in dictionis fine sonum ex *o* & *e* compositum producit. ut *Gaulois*, Gallus: *Anglois* Anglus: *moisson* messis: *poisson* piscis: *Roi* rex: *loi* lex: *moi*, *toi*, *soi*.

De *ou*.

Aequipollet Græcorum ȣ vel Germanico *ū*. ut *ou*, ubi quò? *un coucou* alias *cocu* cuculus: *louage* locatio: *louange* laudatio.

Adnotatio.

Præmissis addi potest & *oe*, ut *moelle* medulla, *coeffe* vitta crinalis, sed & *coiffe* leges.

In positarum numero diphthongi sunt quæ suam prolationem non ubique retinent mixtam, ut patet ex dictis, & his *faire: il le veit venir*, vidit eum venientem: *& ne l'a pas cogneu*, & non novit. ubi *ai* pro *ê*, *ei* pro *i*, *eu* pro *u*. sed eatenus non mixtæ, verùm Impropriæ dicentur.

Notari etiam debent mutabiles quædam: dicim⁹ enim *pleurer* & *plourer* flere: *demourer* & *demeurer* ex verbo demoror: *fleurir* & *flourir*. qualia ex inflexionibus verborum exempla peti poterunt, ut ab Infinitivo & themate *couvrir* fit præsens *je couvre* vel *je cœuvre*, cooperio: ab *ouvrer* formatur præsens *j'euvre*, & *j'ouvre* operor, etsi ab *ouvrir* aperire trahi queat. Sic à themate *mourir* ducitur pręsẽs *je meurs*.i. morior. Vetustas usurpavit *coulour*, *doulour*, *langour* pro *couleur* color: *douleur*, dolor: *langueur* languor.

DIPHTHONGI DISTINCTÆ.

Diphthongum distinctam nomino, cùm duæ vocales in sillabam ita cadunt, ut utraque breviter, integrè, clarè, distinctèq; exaudiatur. Ejus generis sunt

ea ut *eage*, olim *aage* nunc *age* priore longa, id est ætas: *neant* nihil: *neantmoins* nihilominus.

ia *Diable*, Cacodæmon: *ami cordial* amicus ex animo, verus: *oui Dia*, etiam per Iovem: *non dia* aut dea, Græcis *un dia*.

ie *mien* meus: *tien* tuus : *sien* suus: *chien* canis: *fier* ferox: *fievre* febris: *rien* ex nomine res.

io *nous avions* habebamus: *nous savions biẽ ceci* hoc sciebamus: *Nous nè saurions faire cela*, hoc non possemus.

iu *piuler* pipilare: *le triule d'un puis* sucula.

ua *dissuader*, dissuadere: *persuasion* persuasio.

ue *muet* mutus.

ui *puiser d'un pui*, haurire ex puteo: *ce mur se pertuise*, hic murus ruinas agit: *la nuit* nox: *Puis que je puis puiser à la fonteine je laisserai les ruisseaux*, quandoquidem à fonte haurire licet, rivulos missos faciam.

Vides vocales in diphthongis Mixtis præpositas hîc postponi, atque etiam harum aliquas ex puris præpositivis constitui.

IN POSITAS DIPHTHONGOS *annotatio.*

Ex vocalibus eiusdem speciei diphthongus non consi-

conficitur quod ex ijs nec cōpositus, nec geminus & diversus sonus oriri nequeat, sed tantùm simplex productus. Itaque omittetur altera in *aage*, ætas: *seeller* consignare: & *roole*, & relinquetur altera producta.

Diphthongus *i* finiens sequente vocali hactenus *i* cum *y* commûtavit, ne *i* crederetur esse consonans: verùm jam nihil opus est assumi *y*, cum *i* semper vocalis naturam tueatur, et *j* cōsonans semper maneat.

Quoties porrò vocales concurrunt quales in Mixtis & distinctis Diphthongis proposuimus, non statim sequetur ibi Diphthongum esse: Sunt etenim hæc dissyllaba.

païs,	patria, regio.	*lier*	ligare.
haïr,	odio prosequi.	*un lien*	vinculum.
geant,	gigas.	*fier*	fidere.
neant	negans.	*nous nions*	negamus.

nier negare. Idem in vocabulis plurium syllabarū deprehendes, ut *obeïr* obedire: *poëte* Poëta: *heroïque*, heroicus: *traïson* proditio, ubi interjectum fuit *h* mutum *trahison*, quò melius intelligeretur diphthongi resolutio. Est .n. diphthongus in voce *traitre* sive *traistre*, traditor Italis, latini proditorem vocant.

Sed & Poëtæ vocales quæ natura in diphthongum coaluerunt, resolvunt, dicentes *an-ci-en. vi-o-let.*

quàm studiosorum utilitati commodare studeo.

A Latinis accepimus

A b c d e f g h i j l m n o p q r s t u v x z & y

qua carere possumus

Etsi hæ literæ Latinæ sunt, græcorum tamen characterum (quibus vetustas usa creditur) vestigia pertinaciter retinet Chirographia nostra in ε & ⅁. Porrò quia longè diversus apud nos horum elementorum usus est, atque apud Latinos fuisse putatur, singulorum examen subjiciam.

VOCALES SVNT.

a, e, i, o, u. Loco tertiæ vulgus usurpat Græcorum *y* in fine aut exordio dictionis: itemque in diphthongorum quarundam calce, ut lectio testatur.

VOCALIVM EXAMEN.

A temperari quadam vocis moderatione debet, quod dubium non erit animadvertenti quasdam dictiones per *a* aut *e* indifferenter scribi, ut *garir* & *guerir*, curare sanare.

E duplex { longum { purum.
breve. { mixtum seu apertum.

E longum purum efficit, plenum clarumque sonum, & notatur præsertim in vocum calce accentu acuto, nec differt à latino, ut *Deité*, deitas; *verité*, veritas: *amitié*, amicitia.

E longum mixtum sive apertum, quod ore exerto redditur, videturque ex *a* & *e* conflatum vulgo

consonantem sono frustratam antecedit, ut

estre, esse

fenestre, fenestra.

Illud frequens est in terminatione: hoc dictionē nunquam claudit. Illud terminationis consonanti non nisi in peregrinis & paucis alijs ut *fer*, *per*, præfigitur: hoc autem frequenter præmittitur. Nunquā enim e ante ultimam consonantem tam purè in nostris vocabulis quàm in latinis sonat, nec eodem modo hæc sonant, *facultés*, facultates: *vous dormés*, dormis.

E breve, quod fœmininum alij parum aptè nominant, adeo breviter redditur, ut leviter exaudiatur possitque interdum abesse, ut *supçonner* pro *supeçonner* id est suspicari, & in id rythmus desinens reliquos numero syllabarum excedat.

venir,	venire.	*tante*,	amita.
tenire,	tenere.	*nature*,	natura.
petit,	parvus.	*rare*,	rarus, a.
contredire,	contradicere.	*une jeune & belle fille*,	

Hoc e aversionem patitur & apostrophum.

ADNOTATIO.

Hujus quantitate neglecta lubricus est in errorem prolapsus: nam *pécher* piscari dicitur, *pecher* peccare: *dégouter* fastidium movere, *degouter* stillare: *jugé* judicatus, *juge* judex, quibus non distinctis sensum perverti ne. esse est.

Interseri-

Interseritur *e* inter *c* & *g* & vocales *a*, *o*, *u*, ad consonantium earum asperitatem molliendam, ut eodem modo sonent quo ante *e* aut *i*. Ipsum autem *e* mutum est & tantùm consonantem antecedentem afficit. ut *j'ai receu*, accepi: *conceu*, concepi: *deceu*, decepi &c, *nous commenceons*, incipimus. *Bourgeois*, civis: *dongeon*, arx, *nous mangeons*, edimus: *mangeable* esui aptus, a: *en mangeant* manducando: *en nageant* natando: *nous jugeons* judicamus: *nous jugeasmes*, judicavimus &c. Hac de re luculentius differam in prima conjugatione. Verùm nunc *e* repudiari cœpit, & semi-circularis nota consonāti *c* subfigi in plerisq; vt

façon modus.	*je reçoi*, recipio.
leçon, lectio.	*j'apperçoi*, animadverto.

rançon, lytron. Eadem ratione licebit illud reijcere in aliis, *i'ai reçu*, *deçu*, *conçu*, *apperçu* & similibus, quod temporis decursu omnes comprobabunt.

E quod in syllaba *m* aut *n* adjunctum habet medium quendam sonum inter *a* & *e* constituit, ut *La femme prudente est l'ornement de la maison*, prudens mulier est ornamentum domus.

Recepta scribendi ratio accentu acuto notat *é* longum purum in terminatione, nec aliud discrimen novit. Fuerunt tamen ante 40. annos qui *e* breve linea transversa secuerint hoc modo *ȼ* idque ferè in versu, & potissimum ubi Apostrophe locum habebat. Hos quidam Neoterici secuti ita distinxerunt *e* *ȼ*. Sunt & quibus hæc differentiæ notatio placeat *e*, *e'*, *ę*: verū

nos

nos præsentibus gaudere decet.

i & *o* nihil à Latinorum prolatione & usu distãt: nisi quod *i* cum *m* aut *n* in syllaba *ei* videatur efferri, & *o* pro *ou* interdum quibusdam nullo discrimine pingatur. ut *doleur* & *douleur*, dolor: *volonté* & *voulonté*, volontas: *voloir* & *vouloir* velle, quod magis placet, ne in plerisque motionibus cum verbo *voler* volare confundatur.

u purum & simplicem sonum gignit, respondetq; germanico duobus apiculis notato, sic ü übel. ut *vertu*, virtus: *festu* festuca: *un bossu* gibbosus: *chacun em prunte* quilibet mutuo accipit: *lundi*, dies Lunæ. At in vocibus à Latinis derivatis redditur ut ȣ Græcorum, præsertim ante *m* aut *n*, *unze* undecim: *umbre*, umbra: *conjunction* & similia quæ per *o* scribi cœperunt. Est autem *u* plerique mutum & *c* & *g* appositum sequente vocali *e* vel *i* vt illarum asperitas retineatur, *longue harangue*, longa oratio: *langue* lingua: *languir* languere: *guise*, modus, germ. *weise*. *une guide*: dux itineris: *cueur* cor: *cueillir* colligere. Id autem post *g* ferè generale est, exceptis *ambiguité*, *exiguité*, *arguer* cum compositis.

ADMONITIO.

Quælibet vocalis plenum sonum semper & maximè in vocum fine edere debet, præter *e* breve.

Geminum *w* rarum est, & vix aliâs, quàm in vocibus exterarum gentium exarandis usurpatur. *west*. *westphalie*.

neceſſaire neceſſarius,a um. *raiſon*,ratio,æquum. *maitre* vel *maiſtre*,dominus,herus.*chair*,caro.quò ſpe ctant & hæc *amair*,*chair* quæ jam ſcribimus ſic,*amer* amarus:*cher*, carus.

In terminatione effertur propè uti é:ab alijs paulò molliùs,ut ad *ei* videatur accedere. *Non ferai* non faciam:*ſi ferai* Imò faciam. *Ie luy dirai*, dicam illi: *Ie le ferai* id faciam: *Tant que vivrai*,quamdiu vivam.

DE *au*.

Hujus geminus ſonus eum refert quem docti Græcorum *ω* tribuunt: ideoque nonnulli *u* rejecto ſubſtituunt *o*, hoc pacto *ao*. Vulgus porrò nulla originis habita ratione,dum voces auditas literis exprimere conatur, ſolo *o* utitur pingitque in tabulis *O Cerf. O Lion d'or. O pot d'eſtain* &c.

Nam hanc diphthongum efferentes videmur potius *o* quoddam longum,quàm *au*, ut in Autor ſonat,pronunciare: & rotondiore ore exit,quàm Belgæ autumant, qui noſtram ſcripturam ad Latinam quantum poſſunt accommodant.

Sed ut quiſque intelligat cur hac in re multitudinem imperitam ſequar, proponat ſibi receptam ſcribendi conſuetudinem in vocibus *oreille*,auris: *or* aurum,& ſimilibus ac tum comperiet me rei veritate & doctorum judicio potiùs, quàm vulgi opinione aut exemplo moveri. Hîc enim negligitur derivatio à veteribus obſervata.

Quod

Quod si tamen consuetudo mutari ægrè potest, & quod volo, minùs recipitur, non laboro: sectare vetustatem, præsentibus utere, ita tamen ut vocibus nostris germana prolatio maneat, præsertim in hac diphthongo quę ab *o* non multùm distat, rotundum que sonum constituit, *roiaume* regnum: *heaume* galea: *paume* palma manus: *mauvais auteur*, malus autor: *beaucoup de maux* multa mala.

De *ei*.

Constans est hæc. sed velim studiosum non ignorare quod *i* ante *u* eodem modo reddatur, quod fit propter obtusum sonum illius consonantis.

De *eu*.

Pronunciatur ut in Eurus. *peur* timor: *fleur* flos: *meurtre* cædes: *heureux* fœlix: *flateur* adulator: *menteur* mendax. Simplicius in vocum calce exit, nempe ac si *e* abesset. *le ne l'ai peu trouver*, non potui illum invenire: *Ie ne sceu jamais cela*, nunquam id scivi: *Ie croi l'avoir veu & cogneu* credo me illum vidisse & novisse, &c. In his *e* non exauditur sed simplex *u*, quò fit ut rejiciatur à veræ orthographiæ studiosis. *j'ay pu, su, vu, connu.* quorum alia facilius, alia difficiliùs usus consignabit.

De *oi*.

Potestas legitima huius nexionis cernitur in *loial* fidus: *roial* regius: *moins loin* minùs longè: *soing* cura: *besoin* necesse: *coin* angulus. atque ita quidem semper ante *n*, nisi quod *roine* profertur ac si scrip

tum

tum esset *reine*. i. regina. Alioqui ante alias consonantes atque etiam in dictionis fine sonum ex *o* & *e* compositum producit. ut *Gaulois*, Gallus: *Anglois* Anglus: *moisson* messis: *poisson* piscis: *Roi* rex: *loi* lex: *moi*, *toi*, *soi*.

D E *ou*.

Aequipollet Græcorum ȣ vel Germanico *u*. ut *ou*, ubi quò? *un coucou alias cocu* cuculus: *louage* locatio: *louange* laudatio.

A D N O T A T I O.

Præmissis addi potest & *oe*, ut *moelle* medulla, *coeffe* vitta crinalis, sed & *coiffe* leges.

In positarum numero diphthongi sunt quæ suam prolationem non ubique retinent mixtam, ut patet ex dictis, & his *faire*: *il le veit venir*, vidit eum venientem: *& ne l'a pas cogneu*, & non novit. ubi *ai* pro *ê*, *ei* pro *i*, *eu* pro *u*. sed eatenus non mixtæ, verùm Impropriæ dicentur.

Notari etiam debent mutabiles quædam: dicim⁹ enim *pleurer* & *plourer* flere: *demourer* & *demeurer* ex verbo demoror: *fleurir* & *flourir*. qualia ex inflexionibus verborum exempla peti poterunt, ut ab Infinitivo & themate *couvrir* fit præsens *je couvre* vel *je cœuvre*, cooperio: ab *ouvrer* formatur præsens *j'euvre*, & *j'ouvre* operor, etsi ab *ouvrir* aperire trahi queat. Sic à themate *mourir* ducitur præsẽs *je meurs*. i. morior. Vetustas usurpauit *coulour*, *doulour*, *langour* pro *couleur* color: *douleur*, dolor: *langueur* languor.

conficitur quod ex ijs nec cõpositus, nec geminus & diversus sonus oriri nequeat, sed tantùm simplex productus. Itaque omittetur altera in *aage*, ætas *seeller* consignare ; & *roole*, & relinquetur altera producta.

Diphthongus *i* finiens sequente vocali hactenus *i* cum *y* commûtavit, ne *i* crederetur esse consonans: verùm jam nihil opus est assumi *y*, cum *i* semper vocalis naturam tueatur, et *j* cõsonans semper maneat.

Quoties porrò vocales concurrunt quales in Mixtis & distinctis Diphthongis proposuimus, non statim sequetur ibi Diphthongum esse: Sunt etenim hæc dissyllaba.

païs, patria, regio.
haïr, odio prosèqui.
geant, gigas.
neant negans.
nier negare,

lier ligare.
un lien vinculum.
fier fidere.
nous nions negamus.

Idem in vocabulis plurium syllabarũ deprehendes, ut *obeïr* obedire: *poëte* Poëta: *heroïque*, heroicus: *traïson* proditio, ubi interjectum fuit *h* mutum *trahison*, quò melius intelligeretur diphthongi resolutio. Est .n. diphthongus in voce *traitre* sive *traistre*, traditor Italis, latini proditorem vocant.

Sed & Poëtæ vocales quæ natura in diphthongum coaluerunt, resolvunt, dicentes *an-ci-en. vi-o-let.*

Et contrà per crasin liberas vocales in diphthongum cogunt disyllaba facientes, *Poete, traison*.

DIPHTHONGI IMPROPRIÆ.

Impropria diphthongus est in qua altera tantùm vocalis auditur, altera, ob characterum penuriam & inconstantem consonantium vim, aut forte etiam deductions superstitionem assumpta est. hujusmodi reperiuntur post *c* & *g* ut.

ea, *nageant* natans: *mangeant* edens: *tu mangeas du meilleur & me chargeas du pire: dommageable* detrimentosus, a, um. *vous jugeates mal*, malè judicavistis.

eo, *nous nageons* natamus: *nous mangeons* manducamus *nous jugeons ce que nous voions*, judicamus quod videmus.

eu, ut *deceu* pro *deçu* deceptus: *veu* pro *vu* visus.

ue, *longue* longa: *unguent* unguentum.

ui, *une guide* itineris dux: *languir*, languere.

Qui *guarir* pro *garir*.i. curare seu sanitati restituere pingunt, non habent quo suum errorem tueantur: alia ratio est in *guerir*. Sunt & cacographi quidam qui nihil verentur obtrudere nobis suas sordes & ineptias, scribentes *yurougne* seu *iurogne* pro *ivrogne*.i. ebrietati deditus.

oa, huc posset referri quatenus *o* tacetur: nam quidam pronunciant *pâl:* hypocaustum, cum plerique scribant *poale* aut *pouale*.

De

DE TRIPHTHONGIS.

Non contenti diphthongis, triphthongos formavimus, tres vocales in vnam syllabam cogentes. Fiunt autem addita vocali ad diphthongum mixtã, & sunt aut propriæ, aut impropriæ.

TRIPHTHONGI PROPRIAE.

In his vocalis diphthongum antecedens pronunciatur, cuius generis sunt.

aou, vt *le mois d'Aoust*, mensis augustus, vnde & verbum *aouter*, quod quia messis in eum mensem ferè incidit, messem facere significat. Superstitione quadam vetustas imbuta exarauit *paour*, vt à latino pavor nihil distaret, essentque tantummodò literæ transpositæ: Iam *peur* .i. timor, metus pingimus. Quemadmodum *povre* pauper scribimus, etsi veteres modò *paouure*, modò *pauure*, aut *pouure* probarint.

eau *beau* pulcher: *veau* vitulus: *fourreau* vagina, *couteau* culter: *manteau* pallium: *marteau* malleus. Vulgus Burgundionum omittit *e* *voila vn bau chatau*.

iau vt *miauler* felinam vocem edere.

ieu vt *Dieu est en tout lieu* Deus est in omni loco: *cieux* cœli: *mieux* meliùs: *ieux* oculi.

oua vt *vn pouale* hypocaustum, quidam malunt *poale*, alijs placet *pale*.

oue *machouëres* malæ: *fouetter* flagellis cædere.

TRIPHTHONGI IMPROPRIÆ.

Triphthongus impropria est cùm ad diphthongũ mixtam adjicitur vocalis soni expers, quæ c aut g afficiat, aut originem vocabuli insumet: ut

ocu *cœur* cor: *sœur* soror: *mœurs* mores: *œuure* op⁹

ueu hæc superiori similis est, nam & *u* pro *o* scribi in quibusdam potest, ut *cueur* cor: *vaincueur* vel *vainqueur* victor. Sed post *g* *communiter u* exaramus, *longueur* longitudo; *vigueur* vigor &c.

ui vt *guieres* pro *gueres* aduerb. vtrumque .n. dicitur.

Supersunt iam tres aliæ triphthongi, quas, quo loco reponam nescio, videntur enim tanquam per accidens fieri, quia videlicet *l* molle sequitur, cui ferè semper *i* præfigimus. Verùm hic illas expediemus, & ad consonantes accedemus. Itaque sunt

oui *souiller* fœdare: *mouiller* madefacere: *rouille* rubigo: *quencuille* colus: *grenouille* rana. Vide plura in consonantibus de *l*.

oei ut *oeil* oculus: *doeil* luctus: pro quibus leges *dueil* & *ueil* sed hoc posteris obsolevit.

uei cum superiore sono convenit, ut *recueil* epitome: *Il m'a fait bon recueil*, benignè me excepit: *orgueil* superbia. Exposui quæ de vocalibus, & earum connectendarum multiplici variaque ratione dicenda videbantur: ad consonantes venio.

DE CONSONANTIBVS.

Consonantes sunt *b c d f g h i l m n p q r s* [illegible] *t v x z*. Mirum est k nullo in vsu esse; cùm *q* & *c* commodius quam hoc carere possimus.

Ex his quædam affinitatem inter se habent, quæ idcirco diligentiùs distinguendæ dignoscendęque sunt, ut

Batir	exstruere	*Patir*	pati.
Carde	carduus.	*Garde*	custodia.
Char	currus	*Iar*	anser mas
Dater	ex datus a vm.	*Tater*	contrectare.
Facher	molestare.	*Vacher*	bubulçus.
Onse ou once	uncia:	*Onze*	vndecim.

Omnes consonantes eodem se modo habent ante quasvis vocales, sic *Ba be bi bo bu*, & sic de cæteris, exceptis duabus mobilibus *c* & *g*, vbi dices *Ca que qui co cu*, vel *coe cue* in *coeur*.
Ga gue gui go gu.

CONSONANTES SONI
prorsus eiusdem.

Ca, co.
Qua, quo.
Cha, cho, in Græcis

Ça, ce, ci, ço, çu.
Sa, se, si, so, su.

Fa, fe, fi, fo, fu.
Pha, phe, phi, pho, phu, in Græcis sed aspiratæ consonantes

nantes nullo diſperdio reijci poterunt.

CONCVRRENTES CONSONANTES *& in ſyllabis vocum Gallicarum vocalibus præpoſitæ.*

Bl. *blamer* vituperare:
Br. *bras,* brachium.
Cl. *clarté,* claritas.
Cr. *crainte* timor.
Fl. *flater* adulari.
Fr. *fraction* fractio.
Gl. *glace gliſſante* glacies lubrica.
Gr. *grace* gratia.
Pl. *un plat* paropſis.
Pr. *pratique* praxis.
Dr. *il viendra* veniet.
Tr. *trancher* ſcindere.
Vr. *il le ſuivra tant qu'il vivra,* ſequetur eum dum vita manebit.
St. *ſtature* ſtatura.

Rariores autem copulæ ſunt *Pſ. Pt. Sp.* inueniunturque in dictionum græcarum initijs. Reliquæ nec præfigi, nec poſtponi conſonantibus ullis volunt, ſed ſolis vocalibus coniunguntur. Si quæ verò aliæ conſonantium combinationes occurrent, peregrinæ haberi debent, ut in voce *prognoſtication,* & ſimilibus ex Græcia ad noſtrum ſermonem traductis.

Coniunc-

CONIVNCTÆ CONSONANTES *vocalibus in syllaba postpositæ.*

Frequenter coniunguntur *ns*, *nt* & *rs*, vt *les ans vont legerement, Nous ne ferons pas tout ce qu'ils diront, Ilz sont aussi fiers, que lions.* Sic *paillars, clers* &c.

Item *ls* in *ils* & *quels*. Denique *mp* in *prompte* sed vix exauditur *p*.

Quamquam ex dictis Consonantium facultas aliquo modo pateat, tamen ne quid desiderari queat, exactum illarum examen adijciam.

CONSONANTIVM *examen.*

De *b* & *p* dicendum aliud non est quàm quod sono destituant quoties origini demonstrandæ servientes alijs (ac fieri dixi) consonantibus anteponuntur. ut *debvoir* debere officium: *prebstre* presbyter, *debté* æs alienum. *compter* computare: *compte* narratio, rationes. Et in fine leniter effertur *du plôb* plumbum: *beaucoup* multum.

C vocalibus *a, o, u*, præfixum Græcorum k respondet. vt *calculer* computare: *un cocu* cuculus: *cuider* putare. Sequentibus autem *e* aut *i* molliùs exit, & tanquam *s* profertur, vt *tancer* obiurgare: *racine* radix &c. quomodo & ante tres illas superiores reddi solet interdum *e* muto à veteribus usurpato reiecto, & subscripta hac notula, ut *vous*

vous efforçates d'apprendre votre leçon, studuisti tuę lectioni; *i'ai reçu ta rançon* accepi lytron tuum.

Cùm in rithmi ratione ὁμοιοτέλευτα sint *grasse*, *race*: *adresse*, *Grece*, & similia manifestum est *c* ante *e* & *i* eodem sono pronunciari quo *s*. Hinc est quod quędam modo per *s*, modo per *c* pingantur, ut *un poulsin* & *un poucin* pullus: in quo Neoterici magis probant *c* ad explodendas literas mutas, Nam si ab hac dictione *l* velis rejicere, cogeris *ss* geminare (ne inter vocales ut *z* sonet) cùm id ipsum *c* pręstare possit.

D etiam non semper effertur, ut patet in *advis* pro *avis* sententia: *advenir*: *adjoindre* adjungere. In fine nihil differt à *t*, ut *un grand animal* magnum animal: *caquetard* loquax.

F à Latinorum usu non discrepat, nisi quod obmutescat in ijs quę à masculinis in *f* finientibus formantur, ut à *brief* brevis, *briefve* brevis & *briefvement* breviter:

G adiunctis *a o* vel *u* Gręcorum y refert. ut *garnir* munire: *gourmand* heluo: *gulosité* gulositas. Cum autem præcedit vocales *e* aut *i* ore sibilante profertur, velut Latinorum *i* in jacio, jeci, projicio &c. vt *égorger* jugulare, *gémir* gemere: *un gigot de mouton* coxa vervecina: *le gibbet* patibulum. Porró *g* sequente *n* sive vocalis sive *n* præcesserit in dictionibus purè gallicis, vocem madidam generat, qualem hispanicum *ñ* molle edit, vt *compa-*

gnon

gnon ſocius: *oignon* cepa: *ſoingner* curare: *beſoingner* laborare &c. quę efferenda ſunt ac ſi ſcripta eſſent hoc modo *companion* triſſyllabum: *oinion* diſſyllab. *ſoinier* diſſyllab. &c. In Latinis nihilominus latina prolatio valebit *magnanimité, indignation, expugnable.*

Cæterum in permultis ſoni expers eſt g ideo retentum quod in latina voce extiterit. ut *cognoitre* cognoſcere: *cognoiſſance* cognitio: *malignité. condigne* &c. Supprimitur etiam in terminatione *ſoing* cura: *beſoing* neceſſe. &c. ubi ideo aſſcriptum credo, quod in verbis inde formatis uſui ſit.

H conſonans nobis eſt non tantùm aſpiratio: nã vocales eodem ſe modo habent ante *h*, quo antę alias conſonantes: aſpero & vehementiore exit ſpiritu, ut *hardi* audax: *ſe hater* properare: *vn heron* ardea: *hinard* obſtipas: *honte* pudor verecundia: *une hotte* corbis dorſuaria: *humer* ſorbere. Dum præ ſe in gallicis vocabulis *c* habet, peculiarem ſonum ſortitur, vt *charité* amor: *chemiſe* induſium: *choiſir* eligere. quas voces Germani ad calamum reuocantes ſic exarant *ſcharité ſchemiſes* Eſt autem hęc litera perſępe muta, & tamen ſcripta ob aliquas cauſas. Et primum quidem in peregrinis ut originem teſtetur, veluti.

home	homo, vir.	*Chreſtien*	Chriſtianus.
honneur,	honor.	*threſor*	theſaurus.
honneſteté	honeſtas.	*authorité*	authoritas.

eſchole ſchola. *heure* hora.
cholere cholera, bilis.

Et ad imitationem Græcorum initio dictionis *e* aſpirantium *Rhome* Roma: *Rhomain* Romanus. velut & *Rhin* Rhenus. Verùm Gallia aſpiratas conſonantes ignorat preter, *ph*, cuius loco quidam *f* arceſſunt non ineptè.

Reperitur etiam *h* uſurpatum ad tollendam diphthongi opinionem, vt in *trahiſon* proditio: *s'ébahir* admirari: *envahir* inuadere &c. Id quod etiam Veſuntionenſes factitare memini in *iouher* pro *iouer* ludere: *louher* pro *louer* laudare locare aut cõducere. Querenti mihi rationem reſponſum eſt, nos alioqui *iouer, louer* lecturos. Verùm frigida videtur ratio & anilis.

Inſuper arceſsitur *h* mutum, cùm *u* vocali coniunctum exordio vocabuli ponitur, ne quis autumet cõſonantem eſſe, veluti in *huit* octo: *huile* oleum: *huis* oſtium: *huitres* oſtreę & ſimilibus, in quibus nulla alia ratio prętendi poteſt.

Licet & hoc annotare, *h* ab ijs, qui Narbonenſem Galliam (olim Togatam) incolunt, vſurpari loco *l* mollis hoc modo, *filhe, pailhe, pavilhon* &c.

I conſonans latinorum more reddimus, ſoliſque vocalibus pręmittitur, vt *juger* judicare: *jurer* iurare: *Ie veu iouer au iardin.* Libet in horto ludere. Nec quiſquam novi quidpiam moliri me arbitretur cùm adhuc veſtigia quędam teſtentur Latinos idip

ſum

ſum diſcrimen in ſua lingua obſeruaſſe: cui rei fidẽ pollicentur Bijugum, Quadrijugum, Dijudico, & ſi quæ generis eiuſdem. Quod autem Proijcio, reijcio, traijcio vulgus per metatheſin ſcribit, librariorum incuria & errore factum, facile perſuadeor. At profectò hæc propria forma conſonantis utilis eſt, & perplexa dubitatione rudiores liberat.

Quoties geminum *ll* occurrit poſt diphthongũ *i* finientem, alterum liqueſcit, & in *i* degenerat, quod diſtinctam in diphthongum coaleſcere videatur. vt *paille* palea: *touiller* miſcere: *vn ſouillon* ſordidus &c. in quibus *i* materiam tantùm molliciei alteri *l* præbet, ſunt enim diſſyllaba hæc, ac ſic efferuntur *palie, toulier, ſoulion*. Idem etiam fit præcedente ſimplici *i*, ut *piller* diripere: *fille* filia: *pavillon* tabernaculum: *un tilleux* tilia arbor, & ſimilia ferè omnia, excepto *ville* civitas à villa.

Scripſerunt hactenus *l* non pronunciandum ante conſonantes, vt indicio eſſet vnde voces originẽ traxiſſent: ac cùm ſæpius tùm poſt *au*, *eu*, *ou*, ut

ſaulver	ſalvare.	*moult*	multùm.
hault	altus.	*pouldre*,	puluis.
iceulx	illi		
cieulx	cœli.		

Quod in pleraſque alias voces manauit haud aliunde petitas, vt *il fault*, oportet: *il ne m'en chault* nihil id curo.

Effertur nihilominus *l* in *poulpitre* pulpitum:

 coulpe

coulpe culpa.

L finale resolvitur in u in *fol, sol, mol*, q.d. *fou, mou, sou*: quamquam non damnamus *fol, mol* si *l* leniter reddatur. Itē pro *polmon poumon* legimus. i. pulmo: Quidam pro *animal* pronunciant & pingunt *animau*, veluti apud veteres pro *mal mau*, nunc autem tantùm in compositione.

M vocalem antecedentem respiciens, id est syllabam claudens sono conuenit cum *n*, ut *emmener* abducere: *comminuer* comminuere: *renom* fama *nom* nomen: *faim* fames esuritio: *haim* hamus: Maiores, nostri ita Latinos coluerunt, ut quod ipsis autoribus ducibusque fieret, rectè fieri crederent: itaque ante *b* aut *p* semper *m* scripsêre. *emplir* implere: *emprisonner* in carcerem conjicere: *embuches* insidiæ: *champs* campi. *Comte* Comes per *m* scribitur ratione formationis. In voce *prompt* promptus, *m* exauditur, & aliquo modo *p*.

N syllabam claudens, rotundum obtusúmque sonum efficit, ut *un carcan* torques: *un truchemen* interpres: *Le van est en votre maison*, vannus est domi vestræ: *un coussin* pulvinus. Acutiùs tamen Germanorum videlicet more sonat in adiectivis *bon, un*, & pronominibus *mon ton son* substantiva immediatè præcedentibus ut

mon ame mea anima. *un bon esprit* bonũ ingeniũ
ton ami tuus amicus. *un an* annus.
son audace eius audacia.

Notandum

Notandum est *n* inter *e* & *t* in verborum pluralium terminatione positum non efferri, vt *ilz aimerent* amaverunt: *ilz dansoient* tripudiabant: *ilz burent tant & plus* largiter biberunt.

P à Latinis concessam potestatem retinet. Verùm quando supprimatur, colligi poteſt ex ijs quę de consonantium concursu dixi. Si aspiretur æquivalebit *f*, vt *philosophe*, *Christophle* &c. pro *filosofe*, *Cristofle*.

Q semper *u* adiunctum habet, atque sic idem quod Græcorum *k* valet, ut *qualité* qualitas: *iniquité* iniquitas q.d. *calité* &c. *inikité* Ac sine *u* non est in usu, nisi forte in dictionum calce *onq* vel *onques* unquam: *du musq* ambra: *du coq* costus: *un coq* gallus gallinaceus, quæ vox Danis nobiscum etiam communis est.

R geminata pronunciatur, ut *terre* terra: *pierre* petra lapis. Consonantibus reliquis (præter *tt* sequente *e*) etsi geminæ occurrant, simplicis sonus tribuetur, ut *passer* præterire: *battre* verberare: *honneur* honor.

S valido spiritu exit, ut

sage	sapiens.	*songer*	somniare.
sentir	sentire.	*suer*	sudare.
situer,	collocare.		

Eodem modo *ß* redditur, ut *maſſe* massa: *hausser* attollere: *tiſſir* texere: *laiſſer* omittere &c. Ideo autem *ß* geminatur, ut proferatur quemadmodum

vocis

vocis initio fieri solet: nam alioqui simplex *s* vocalibus septa à nostro *z* prolatione nihil differt, vt *poison* toxicum: *priser* æstimare: *puiser* haurire: *entreprise* institutum, res suscepta. quo modo sonat & in *entreprinse*, & talibus à verbo *prendre* & compositis formatis. Sed post priorem compositionis partem, eodem modo affecta esse debet atque extra compositionem, vt *suer*, *resuer*: *semer* seminare: *entresemer*: *saluer* salutare, *resaluer*, & *s'entresaluer*.

T sequentem respicit si quam habet vocalem: si geminum fuerit, prius ad præcedentem, posterius ad subsequentem referetur. In componenda syllaba nulli consonanti nisi *r* præfigitur, aliâs mutum fuerit, *amants* amantes: *montioie* cyppus: *neantmoins* nihilominus. &c. Nota porrò est innata illi potestas in *table* mensa: *portier* ianitor: *potier* figulus & similibus degenerat in *t* quoties verbalia in *ion* occurrunt, vt *admonition*, *adhortation*, *institution*. &c. Mirum videri posset cur non eodem modo reddatur t, à Latinis in robustior, iustior, doctior, coniunctior, constantior &c.

In fine clausulæ, vt & aliâs consonante sequente (aut etiam in calce cuiusque vocis fere dissimulatur at in copula (*&*) nunquam pronunciatur. Vocalis verò *t* finali præfixa claré audiri debet. Etsi *h* adscribatur, nunquam tamen asperiore spiritu exit.

V consonans aut *r* aut vocalium alicui præmittitur, ut *tant qu'il vivra suivra tes armes*, ad necem usque

que tua *arma* sequetur.

valeur	valor.	*voler*	volare.
verité	veritas.	*vuider*	vacuare.
virginité	virginitas.	*évuider*	euacuare.

Quia autem huic nondum propria forma omnium ore est attributa, vbi duplex occurret, posterius habebitur consonans tantùm: ut *trouuer* invenire: *prouuer* probare &c. nisi vox composita sit, in qua prius consonans extiterit, vt vides in *évuider*.

Necessitatem characterum *i* & *v* recipiendorũ ipse in me experior, quoties in peregrinas historias deferor, & ignotas mihi voces offendo: non possum non hærere & ambigere, nescius num ut consonantem, an verò ut vocalem efferam. Ex te ipso quicumque nostris conatibus votisque refragaris coniecturam sumas.

X nobis est sola duplex, & continet in se *cs.* vt *Xerxes*, *Xenophon*, *exemple*. *Lexiue* lixiuium, tamẽ & *excuser* excusare resolues in *lessiue*, *escuser*.

Veteres in dictionum fine post diphthongum loco *s* vsurparunt *x*, vt *paix* pax: *cheuaux* equi, *malheureux* infœlix.

Z cõsonans simplex est, & leniùs quàm profertur, sic vulgus ignorans esse duplicem in Latinis Græcisque pronunciat in nomine Lazarus. vt *Zele*, *Zelateur*, *onze* vndecim: *quinze* quindecim &c. Vulgus, & communis usus huic elemento multas voces

de raxit,

detraxit, vbi inter duas vocales ſ ſimplex repoſuit ut priſer laudare æſtimare ... tiſen titio. In vocabulorum calce poſt longam vocalem pro s vſurpatur, eſt enim productionis index chirographis, quòd expeditiùs trahatur familiaris.

De Consonantibus mutis.

Etſi in literarum natura & uſu demonſtrando ſatis multus fuiſſe videor, tamen quia tacitarum quarundam, quibus maiores ortus ſuperſtitione moti ſcripturam oneratam ſcatere voluerunt, mentio facta eſt, in ijſque multi torquentur, earum ſitum omnemque rationem qua fieri poterit breuitate tractabo. Ac de vocalibus quidem ſilentio inter legendum obvolvendis abundè in præmiſsis diſſerui: in conſonantibus ſolis verſabor.

Conſonantes itaque aliter concurrentes atque diſpoſui, ſono ſpoliantur. Quod ut dilucidius evadat, ignorandum non eſt, mutas conſonantes à veteribus in compoſitione, derivatione, & poſt vocalem productam eſſe receptas. Et ad hæc capita exiſtimo omnem conſonantem ſoni expertem poſſe revocari.

Consonantes Mutæ in compoſitis.

Conſonans;

Consonans, in quam prior compositionis pars cadit posteriore à consonante inchoata, tacita preteritur, vt *s'esrougir* erubescere: *esquarteler* in quatuor partes diuidere: *desmentir* mēdacij arguere: *puisné* minor natu, sed de uterinis fere q.d. post natus. Huc pertinent & superlativi, vt *trescruel* crudelissimus: *tresbien* optimè: *treshardi* audacissimus &c.

CONSONANTES MVTÆ *in deriuatis.*

Mutæ pleræque consonantes ostendunt unde voces factæ traductæque sint, ut

aulcun	aliquis.	*fresne*	fraxinus.
prebstre	presbiter.	*asne*	asinus.
aultre	alter.	*isle*	Insula.
oultre	vltra.	*masle*	masculus.
pouldre	puluis.	*mesler*	miscere
sept	septem	*sepmaine*	septimana.
escrire	scribere.	*estoile*	stella
maistre	magister	*paistre*	pascere.
nostre	noster	*vostre*	vester.

Sic *esquifon* à scaphula: *cognoistre, regner* & innumera in quibus *s, l, b, p, g* vocem non edunt.

POST VOCALEM. *longam.*

Quamquam vocalis antecedens mutam consonantem longa est, tamen huc referri placet omnes tacitas

tacitas consonantes quæ extra compositionem occurrunt, nec originis testimonium præbent. ut

il fault oportet.

cousteau culter.

marastre nouerca *perastre* vitricus quibusdam.

gresle grando *painé* exanimatus, nisi à spasmo factum credas.

mesme ex lat. compositionis particula met.

Et omnia adiectiua in *astre* vt *opiniastre*, pertinax: *rougeastre*, *noirastre*, *blanchastre* id est tendens ad rubore m, nigrorem & albedinem.

IN HIS ὁμοιοπτώτοις NOTENTVR *consonantes suo priuatæ.*

Tu ne vendras
Non plus tes draps.
Cupìdon c'est par tes dartz
Las ! que i'ars.
Et quant est des talons
Ilz ne sont pas trop longs.
Certèz tous ses escrips
Ne sont rien que vrais criz,
Ses ditz
Sont pis
Que morsure d'Aspics.
Or maintz
Humains
Ne sont pas saincts.

Vides hic multa contra naturalem consonantium concursum: & in his simplicissima terminatio est maximè syncera.

QVANDO *s* ANTE *t* *proferri debeat.*

S ante *t* præcedente pronunciata consonante exauditur vt *abstinence*, *abstenir*, *institution*, *obstacle*, *sustentation*: *vn monstre* monstrum. &c. ut & *peste*, *pasteur lustre*, *astre*, *desastre*, *estimer*, *estimation*, *estimable*. cum adiectiuis in *ste*, *vstre* & *estre*, veluti.

iuste	justus.	*illustre*	illustris
chaste	castus.	*terrestre*	terrestris
celeste	cœlestis.	*champestre*	campestris.
robuste	robustus.		

quæ sua substantiua imitantur, *justice*, *chasteté*. &c.

Excipies *monstrer*, *remonstrer*, *remonstrance*, *monstres*, *monstier*, & similia cum cognatis, in quibus *s* supprimitur.

Item mutum est *s* in substantiuis nondum dictis in *astre*, vt *marastre*. & tam in substantiuis quàm verbis in *aistre*, *estre*, *istre*, *oistre* cum omnibus motionibus eorum. His addes *cest*, *ceste*, *teste*, *feste*, *beste*.

Porrò *s* expungimus in *dist*, *fist*, *voufist*, *eust*, *fust* *aimast*, & eius farinæ quum plurimis, vt dubitandi locus non sit.

Res nihilominus hæc adeo intricata est, vt certa

 constan-

constansque regula vix præscribi queat: nam etiam ea quæ Dialecticis Paronyma seu denominativa dicuntur, prolatione inter se discrepant. Exempli gratia, licet *s* mutum sit in *baston* baculus: *pasture* pabulum: *beste* bestia: *bestail* pecus: *Apostre* Apostolus. &c. tamen effertur in *bastonade* ictus baculi: *pasteur* pastor: *bestial* pecus vel bestialis: *Apostolique* Apostolicus.

Tanta varietas in eam me partem ducit, vt operæ precium nos facturos existimem, si tacitis literis originis, non idoneis testibus repudiatis, & anili superstitione deposita ita nostrum sermonem scripserimus ut scriptura orationis vera sit imago. Sic Græci, sic Latini, sic omnes liberi populi & excultæ gentes literis usi sunt.

ADNOTATIO BREVIS *de s muto.*

De *s*ocioso multa dixi, sed tamen & hoc libet addere, voces latinas inchoatas ab *s* gallicas fieri præposito *e.* vt schola *eschole*: scalæ *eschelle*: status *estat*: stella *estoile*: stola *estole* studium *estude*: scapha *esquif* &c. in quibus *s* supprimitur. Exceptis, spiritus *esprit*: spes *espoir*, *esperance*: sperare *esperer* species *espece*: stomachus *estomach*.

DE GEMINIS *consonantibus.*

Eiusdem speciei consonantes in eadem syllabâ coniunctæ non reperiuntur: at ubi coire illas contingit, prior præcedentem vocalem respicit, posterior ad sequentem refertur. Et quidem quæ syllabam terminat, id est prior, leniter redditur, ut

donner	donare.	*cessation.*
homme	homo, vir.	*omission.*
honneur	honor.	*possession.*

In nonnullis alterum *ſ* pronunciatur, vide supra de *s*. Vocalis geminatam consonantem antecedens longa est, videturque propterea tantummodò geminari in quibusdam, & si in aliquibus vtraque exaudiatur.

Rectè autem *l* & *t* duplicatur. Et quidem *e* ante *tt* latinorum modo sonat vt *nette* nitida, purâ: *brunette* subnigra: *tette* vber mamilla *maisonnette* domuncula &c. Sic & ante *ll* in *belle Damoiselle* formosa domina: *meselle* leprosa: *nouvelle* nova: *des nouvelles* nova, orum &c. cum omnibus diminutivis. Verùm *e* magis compositum & concretum percipitur in fœmininis *telle* talis: *quelle* qualis: *laquelle* quæ? utra?

Quia Gallis in suo sermone gemina consonans leniter exit, fit ut seriùs latinæ prolationi assuescant alteram duntaxat consonantem efferentes: quod vitium in ijs notari potest, qui ad latinas literas animũ primùm adiungunt, nec inter exteros, quorum usu innata cuique vitia emendari corrigique possunt, versati sunt.

DE FINALIBVS *Consonantibus.*

Nec syllaba, nec dictio geminatis consonantibus aut inchoatur aut clauditur: itaque falluntur & errant, qui Germanos imitati consonantes cumulant atque profundunt.

M & *n* in terminatione & fine sententiæ eodem modo efferuntur, Reliquæ leuiter exaudiuntur, ita tamen vt pleræque obmutescant sequente dictione ab aliqua consonante inchoata, & nulla distinctione aut voce, quæ ob significationem patheticam orationis cursum remoretur interiecta, veluti *Ie vous veux mener parmi les bois.* q.l. *Ie vou veu mené parmi lé boi.* poterit tamen *r* in Infinitiuis pronunciari. Quod haud mirabitur quisquis legerit idem penè latinis in more fuisse, quos Cicero in Oratore testatur pro multis modis vasis argenteis dixisse multimodis vasargenteis, quod magis mirum videri posset, præsertim ante vocales, inter quas vigere consonantes oportet.

Obseruabunt tyrones finalem adiectiui consonãtem *n* cum vocali ab initio substantiui posita sonare: vt *bon esprit* bonus spiritus, fœlix ingenium: *bon enfant*; probus puer: *nos ieus* oculi nostri: *mon entendement* mea mens, meus intellectus. Sic *nos offenses* q.d. *no soffenses, bon esprit* &c. Aut saltem fatendum erit, *n* in his aliter & acutius reddi atque solet in terminatione.

DE

DE ABBREVIATIONE

Ad lecturi institutum quoque pertinet contrahendarum vocum rationem non ignorare: quippe dictiones Typographi nonnunquam, Chirographi verò persæpe abbreuiant. Abbreuiatam scripturam voco contractam, & implicitam quum videlicet nota aliqua aut character in duos, tres aut etiam plures potest resolui, vt vsu venire videmus quoties aut supra sternitus aut per alicuius elementi corpus linea ducitur. Quia verò multiplices sunt abbreuiationis modi, solos vsu receptos persequar missis obscurioribus & singularium personarum proprijs seu arbitrarijs.

In Alphabetarijs tabellis quibus pueri ad lectionem informantur duæ potissimùm abbreuiationes proponuntur ꝯ seu & et ⁹: illa in ꝯ resoluitur, hæc ex c inuerso nata est, quo Latini vsi sunt pro con, Est autem huius literæ diductum non nihil & protractum corpus, vt in hanc notam, ⁹, fluxerit, quæ in dictionis fronte *con*, & in calce *us* complectitur, ut *⁹tre vo⁹ to⁹* pro *contre vous tous*: *⁹uiez to⁹ ce⁹ que trouuerez* pro *Conviez tous ceux* &c.

Seruit quoque abbreuiationi d' quo denarium aut plures significamus: numerus ex adiunctis intelligitur. Sunt & qui in *demi* resoluant. Verùm aliter explicatur protractum d' præcedentibus articulis seu relationibus *le, la, du, de, la, au, à, la, les*

des aux hoc modo, *led^t ledit* alij *ledict.* sic *dud^t, aud^t: lad^t ladite* alij *ladicte* sic de *lad^t, à lad^t. lesd^t les ditz*, alij *lesdictz: lesd^t les dites* &c. Similis ratio *est* in *susd^t, sus dit, sus mentionné.* Differentia tamen generis & numeri colligetur ex substantivis annexis, aut præmissis.

Ad voces numerum significantes contrahendas arcessitur *e* dictioni imperfectæ suffigendum, va letque *ieme*, vt *le 6^e de Ianuier: le six^e de ce mois; le xx^e* pro *le deuxieme, le sixieme le vintieme* &c. Hæc perfrequens est in Chirographia nostra

R quoque canina litera supra vocis imperfectæ ultimam syllabam collocata, vim contractionis habet & *ur* includit, ut *po^r votre soe^r* pro *pour votre sœur. Il m'a joué d'un vilain to^r* pro *tour.* Nec admodum dissimilis contractio est hæc *tut^r* pro *tuteur: faut^r* pro *fauteur: pro ect^r protecteur* &c. Est autem superiore rarior & durior. Vocatur porrò interdum ad magis implicitam scripturam, quod vides in usitatissimis vocibus *s^r seigr* pro *sieur, seigneur*, in quarum plurali additur *s mes s^{rs} mes seig^{rs}* pro *mes sieurs, mes seigneurs.* Eadem erit ratio eorum quæ hinc descendunt, ut *seig^rie* pro *seigneurie.*

Pragmatici nostri, qui in foro iudicijsque vocem & calamum venalem habent, his duobus victum quæritantes, complures alios breuiandæ scripturæ modos effingunt, quos vsurpant cùm de implenda papyro non magnoperè sunt solliciti: Iis porrò expli-

candis solerti coniectura usuque diuturno opus est, veluti sunt *dẽm, tẽn, pardẽ*, pro *demeurant, tenant pardeuant.* quorum qui eruditiores haberi volunt, *t* addunt masculinis & fœmininis *to dẽmt, dẽmte.* &c

At his & similibus intricatis abbreuiationibus recensendis supersedeo, remittóque studiosum illarum ad eorum scholam. Monetarum notæ ex mercatorum rationibus, vt ponderum ac mensurarum ex Medicorum scriptis peti possunt. Atque hi quidẽ sunt abbreuiationis modi, qui nostræ linguæ ignaros torquere posse videntur. sunt autem & alij, sed nobis cum Latinis communes, cuiusmodi sunt

ꝑmier premier.

ꝓuision prouision.

ꝑdonner, pardonner: ꝑiurer, pariurer, peierare.

Sed resoluitur iꝑ per nonnunquam ut *ꝑsonage, permettre, perpetuel.*

q̃, que.

q̃si, quasi: Librarios superscripsisse *a* coniectura est

ꝟ, ꝟtu vertu.

Linea supra vocalem ducta supplet vices *m* aut *n*, aut alterius duplicatę, ut

chãtre chantre, cantor. *accõplir* implere *un mãteau, manteau* pallium: *tẽporiser* tẽpori servire *vne bõe fẽ* pro *bonne femme, cõe un hõe* pro *comme un homme.*

Sed oblonga illa linea difficiliores quasdam contractiones efficit, vt *nrẽ, lrẽ,* pro *notre lettre.*

vrẽ gr̃ce, pro *votre grace*.
Item *ẽ* pro *est*, vbi tamen *s* dissimulari debet.

Ad hæc vsque tempora penetrauit nominis salutiferi contractio Græcis literis retentis, hoc pacto *I H̄ S X P̄ S*, nec vlli lectionis non ignaro obscura est: norunt ea nomina omnes, etsi perpauci elementorum proprietatẽ teneant. Ad hunc modum & *Xp̃ofle*, &, *Xp̃ien* pro *Christofle* & *Chrestien* vulgò pingunt. Etsi autem Græca hæc abbreuiatio insolens & inusitata videri posset, quòd Grammatici similes non annotarint nec vsurpent nostri Typographi; tamen vetusta Græcorum monimenta & manu scripti libri similem, æquè abstrusam, reconditam atque implicitam pingendi rationem ob oculos ponunt.

DE NOTIS *orthographiæ*.

De distinguendi ratione, ne longiùs à proposita breuitate trahar, nihil dicam: sed notas tantùm, quæ inter legendum occurrent, oculis subijciam. Nam quid de membris & periodis, de commatis, colis ac punctis sentiendum sit, tenebit quisquis his nostris laboribus volet frui.

Interrogationis nota hec ? vix vlli est ignota: Verùm Admirationi atque Exclamationi, quę dolorem & indignationem continet, hoc signum ! tribuimus.

Parenthe-

Parenthesis & inserta oratio semicirculis vulgò clauditur huiusmodi ( ): quamquam sunt qui Musicos imitati illam hoc pacto :// //: sepiant.

Adhibent oblongam lineam ad compositionis partes vniendas, & maximè cùm verbo tertiæ personæ singulari nomen adijcitur. vt
un mouche-nez, à mungendo naso.
un boute-feu, ab inijciendis ignibus.
le porte-panier, à ferendo canistro. Sic *empesche-maison*, *vaut-neant* & *porte-guidon*, *porte enseigne* pro *porteur de guidon*, *porteur d'enseigne* vexillifer, signifer. Nec usquam aptiùs usurpatur, quàm ubi duo nomina pro simplici termino & re una accepta copulat, veluti, *Gentil-homme* pro eo quem nobilem nominamus. Verùm hæc & similia satius esset compositorum aliorum more scribi, quandoquidem pluralis formatio fit in posterioris partis terminatione, vt *un boutefeu*, *deux boutefeux*.

Ad eundem modum hac nota pronomen personale à suo verbo, & Impersonalia à suis notis in Interrogatione separari volunt, quæ Germani plerumque coniungunt, vt *que dites vous? estes-vous ia là? faut-il qu'ansi soit? Ne reviendrez -vous pas aujourd'hui? Ne me voulez-vous pas faire ce plaisir? Que fait-on Que dit-on?* Porrò an hæc linea plus lucis quam tenebrarum afferat, haud satis scio.

Germanus punctorum geminorum vsus est, vt suffigantur vocali postpositiuæ liberæ, quæ alioqui

ſæpe in Diphthongum coit, vt *païs, haïr, obeïr, reïterer, reünir, poete* & ſimilia. At vulgus ea ſuper *i* inter vocales poſitum collocat, ne *u* credatur conſonantis naturam induere, non quod diphthongi ſit diſſolutio, ut videre eſt in *veüe*, viſus aſpectus *queüe* cauda: *moüe* rictus, os exporrectum.

DE APOSTROPHO.

Quemadmodum ſermo ad ſenſa animi promenda mentemque aperiendam hominum generi datus eſt, ſic & ſcriptura ut ſermonis ſit interpres, & vera imago nobis eſt conceſſa. Verùm enimverò cùm obtruſis characteribus id effici non poſſet, irrepſerunt non pauci errores, unde factum eſt, ut aliter ac loquerentur ſcriberent: quod cum viri ingenio præſtantes animadverterent, ſtuduerunt literas ab abuſu vindicare tacitis ocioſis, & ſuperfluis reiectis, relicto earum veſtigio, quæ interdum efferuntur. Sed illorum autoritas ante fata parum valuit, Gallis inveteratum morem ægrè (ſic. n. eſt comparatum) deponentibus. Poſtquam verò ingenia paſsim excitari cœperunt, noſtra videlicet patrumque memoria, profuſi calami luxuries caſtigari cœpit, & cacographia emendari. Itaque conſonantes mutæ in pleriſque omittuntur (& præcipuè *ſ*) extra terminationem, ubi cõmuniter retinent, etiamſi non efferantur. Vocales verò quedam finales vocalibus prepoſitæ, Euphonia

phonia exigente, aduertũtur, & expurguntur per Apostrophum, quoties sonum non edunt.

QVÆ VOCALES APOSTROPHUM RECIPIANT.

Apostrophum patiuntur tres vocales.

- **a in**
  - *la* articulo aut pronom. relativo, *l'aimez vous?* amásne eam?
  - *Ma, ta, sa* ante *amie* & *amour*: aliàs generis fit mutatio, vt *mon ame* pro *ma ame*. Rariùs avertitur *a* in *ta* et *sa*.
- **i in**
  - *si* conditionali coniunctione ante *il* vt *s'il est ainsi* .i. si sic se res habet.
  - *i* loci relatione sequente *i*, ut *i'iray* pro *i'iiray* ibo cò: *ie n'irai point*, pro *ie n'iiray point*, non ibo.
- **e breue in**
  - monosyllabis
    - *ie i'aime* amo.
    - *me, ie m'émerueille* miror.
    - *te, ie t'en prie*
    - *se, cela s'entend*, id intelligitur
    - *le, ie l'aime*, amo illum.
    - *ce, c'est à dire*. hoc est. (mini.
    - *que, qu'endurez vous?* quid patimini.
    - *de, vn peu d'eau, d'argent* pusillũ aquæ, argenti, seu monetæ.
    - *ne, ie n'ose*, non audeo.
    - *re, r'appeller*, reuocare.
  - dissyllabis
    - *entre* / *centre* in compositione. *contrécrire* / *s'entraimer*.

In quibusdam *e* breue finale vocali sequente efferri vel dissimulari potest, ut *l'eusse eu* habuissem vel *i'eussi eu: entre elles* inter illas vel *entr' elles*. Sæpius tamen pronunciatur.

Eliditur etiam *e* breue ante literarum *f, l, m, n, r, s, x* appellationes: potestate enim vocalis inest, quia redduntur hoc modo *ef, el, em, en, er, es, ix*. Etsi autem re ipsa supprimatur, tamen vix est à scribente omittendum.

Et hæc quidem sunt quæ doctorum consensu virorum Apostropho afficiuntur: sæpius quidem subticeri *e* debet nec syllabam constituit, verum quia non expungitur Synalœpham esse docent.

IN IAM DICTA ADNOTAtio.

Omnia fœminina inchoata à vocali (præter *amie* & *amour*) recipiunt ante se masculina pronomina *mon, ton, son* vti in Syntaxi docebo.

La aduerbium loci, & alioquin extra articuli aut relationis significatum nunquam auersionem patitur.

I ante *i* siue *y* vitandæ cacophonias gratia absorbetur, & nunquam, nisi fallor, aliàs. Siquidem in his non rectè tolleretur, *Si Antoine vous a oui* Si te Antonius audiuit: *Si on savoit cecy*, si hoc sciretur: *Si on vous tenoit* si tenereris.

Et in hoc versu, *Si à Dieu veus & aus hommes cõplaire,*

plaire, *Ton dessein git en chose trécontraire.*

Extra conditionem nunquam expungetur, vt *Il est si outrecuidé qu'il n'estime persone que soi*, adeo est arrogans omnes ut præ se contemnat. *Ce vin ci est si aigre qu'on ne le peut boire* Hoc vinum tam acidũ est ut bibi non possit. *Il est si ivre quil ne peut aller* Incedere præ temulentia non potest. Item in his, *Si ai*; maximè habeo: *Si aurai* Imò habebo & similib'. Offendes etiam. *Vous savez qu'il est*, pro, *qui il est*.

In *o* & *u* non cadit Apostrophus, licet veteres Poëtæ illum aliquando usurparint quos & incultum vulgus adhuc imitatur dicens *Si t'estois en ma place*, si esses meo loco: *Si t'es sage* si sapis pro *si tu estois*, *si tu es sage*.

QVID APOSTROPHVM *impediat.*

Quæuis distinctio Apostropho obstat, nec elidi debet *e* in calce earum vocum quæ ob significandi modum ac vehementiam intervallum aliquod deposcunt: Hinc est quod ab adversatiuis arceatur aversio, quamquam soni melioris gratia *ni* in *ne* plerumque transeat.

Verùm significandi vis ex loquentis arbitrio affectu & instituto pendet.

Apostrophus sanè unum est nostræ Orthographiæ decus, unum ornamentum scripturæ quod solis summo ingenio viris acceptum ferre debemus.

Sunt

Vide plura id genus exempla in prima coniungatione

Quidam credidit & docuit *συναίρεσιν* inesse his dictionibus, *iournées passées, pensées changées espées afilées* & similibus, sed falsò, nam licet *aa* in *aage* videatur coalescere, nunquam tamen aliàs doceri potest eiusdem speciei vocales in diphthongum coire. etiamsi duę trésve sese consequãtur, vt in hoc fœm. participio apparet, *creée* creata, vbi quælibet vocalis syllabam constituit.

DE EVPHONIA.

In Euphonia & suaui prolatione princeps sermonis dignitas elucescit: Hanc ut comparemus atque tueamur non modò hiulca vox quam ex vocalium concursu ortam Apostrophus corrigit, sed & dissonans quam geminatæ consonantes vel syllabæ efficiunt, vitanda est.

Euphoniam lædit, ideóque est eiusdem literę conduplicatio fugienda, cum & in finalem & primam alterius dictionis syllaba incidit, vt *bon' nuit* pro *bonne nuit*, bona nox: *Dieu vous doint bon' nuit: Dieu vous gar' de mal*, pro *Dieu vous garde de mal*. Quod & in *v* usu venit, vt *qu'avons?* pro *qu'avez vous?* *qu'avons?* pro *qu'avons nous*: &c. de quibus postea dicemus. Huc pertinet & vulgata loquendi forma *sau' votre grace* pro *sauve votre grace*. Et *sau' votre honneur* pro *sauf votre honneur* Quod autem id ob

repetitionem eiusdem & interdum affinis consonantis eveniat ex eo intelligetur quod integra dictio pronuncianda sit sequente alia consonánte, vt *C'est bonne chose que de savoir* scientia seu doctrina est bona: *Sauve la votre: Sauf son honneur: Sauve sa bonne grace* &c. Peccant autem qui *sauff* & *sauf* in illis formis scribunt, nam gemina consonans terminos gallicos non claudit & adiectiva in consonantem exeuntia masculina sunt omnia. Errant quoque quot quot *sans* scribunt, quamvis sic resolvi queant *sans contrevenir à vostre honneur, sans blesser vostre reputation, sans toucher en rien votre estime.*

Eiusdem ferè generis est *qu'el qu'elle soit* pro *quelle qu'elle soit* id est qualiscumque ea sit, eademque est apocopes ratio.

EVPHONIÆ CAVSA ALIQVANDO *immutantur literæ, aliquando etiam non scriptæ efferuntur.*

Etsi Substantivi & Adiectivi lex & concordantia recipiat *un laid homme* turpis vir, tamen si id expresseris cacophoniam commiseris: quam ut fugias, *d* conuertes in *s* hoc ferè modo, *c'est un lais homme.* Sic *Il est lais & ord* pro *laid & ord.* sed hîc repetitionem literæ *e* valere crediderim.

Mirum autem maximè videri poterit quod iam dicturus sum, literam *t* in prolationem venire interdum ubi nunquam exaretur. Et hoc quidem in verba

verba singularia tertiæ personæ, quibus *il* aut *elle*, subiungitur cadit, exempli gratia,

aime il? amátne?

pense elle cela? illáne hoc putat?

Ou va il? *ou va elle*? quò vadit?

viendra il? veniet ne?

Le fera elle? illáne id faciet? in his & omnibus eiusdem generis aliis, nunquam in verbi fine *t* scribitur, & tamen profertur, ne fortassis imprudenter in his Apostrophus aut aversio aliqua recipiatur. Poëtę vero his teneri nolunt, quum in quibusdam non modò non accersant *t* sed etiam *e* elidant dicentes *vous sembl' il bon*? pro *vous semble il bon*? quod sic sonare facimus *vous semblet il bon*?

Quamquam hoc parum ad Ortographiam pertinere videtur, tamen quia literarum usus vel abusus insinuatur, hîc, quàm alibi expedire malui.

DE QVIBVSDAM FORMVLIS *admodum contractis*.

Est quædam loquendi ratio quibusdam familiaris, in qua mira inest dictionum contractio: sed est meo judicio nimis præcipitata, nec illius hîc mentionem facerem, nisi tanta esset scripturæ varietas. Nam cùm pro *Avez vous* *Avous* dicunt, vix scias id aptè qui scribas.

Itaque audies quidē sæpius quā leges *qu' avous*? pro *qu'avez vous*. *qu'avons*? pro *qu' avons nous*?

Immò in probatis autoribus nunquam has formulas aut eius farinæ alias reperies. Ex quo poteſt intelligi, tales orationes doctis auribus non placere & in uſum trahendas non eſſe.

Hoc loco Eburonum barbaries notanda venit, qui in ſecundis perſonis pluralibus à puritate gallici ſermonis longè receſſerunt, præſertim in Interrogatione, dicentes *qu'avéue*, pro *qu'avez vous?* *oiéve* pro *oiez vous?* *venéve* pro *venez vons*: Niſi malis ſic pingere *avesve, oiesve, venesve* per ſ mutum præcedentis vocalis longæ indicem. Hoc modo ſemper Leodienſes interrogant, qui maternam linguam non excoluerunt. Hæc ut vitentur adnotaui, nam ut exſtantes rupes & ſcopulos nullo negotio nautæ declinant, ſic in detectum hoc vitium non niſi voluntarij prolabentur.

Iam quod attinet ad has locutiones *Savez vous*, pro *voulez vous ſavoir? Ferai-je ceci?* pro *voulez vous* vel *me conſeillez vous que ie face ceci?* & ſimiles non ſunt huius loci.

De recta & uſitata ſcribendi ratione, quam Orthographiam vocant, ſatis fuſe videor diſſeruiſſe, cum nihil propemodum adferri poſsit de literarum poteſtate uſu & abuſu, deque dyphthongorum & ſillabarum compoſitione, quod hoc libello non ſim complexus. Scripturam quoque vulgatam ſecutus ſum, ne rei novitas ſtudioſos turbaret: & omiſi mu-

tas in-

tas interdum literas, ut idem intelligerent illas me non magni facere, nec maioris quidem quàm tribulos sentesque colonus in agro. Quod superest spero tyrones, aut etiam eruditos gallos hic vel nihil, vel certè pauca esse desideraturos.

Sed ut etiam chirographia nostra innotesceret, libuit hanc Epistolam chirographicis caracteribus mandare, & huic libro annectere.

 A Gerard

A Gerard Ranſau S.

Combien que ſoyent a notre grand regret diſtantiez l'un loing de l'autre/ ſi me ſemond mon accoutumee conſtance et l'affection que vous porte de journellement penſer a ce que profitable et honorable vous ſera. Or c'eſt un point arreſté/ que comme en eté font moiſſonner pour vivre l'iver/ainſi en Jeuneſſe le bien aviſé fait amas de ce que lui ſera utile et neceſſaire en ſon dernier age. Parquoi dedaignerez ici l'exemple de gens mechaniques et animaux/ je di de ceux qui n'ont le coeur genereux, et n'entendrez cerides richeſſes/d'or ni d'argent, ni d'autres biens a fortune ſujez/ mais plus tot ſerez devoir d'enrichir votre meilleure partie et bienheurer l'eſprit qui eſt en vous de langues et vertuz/ qui vous guideront a choſes dignes de votre naiſſance. Car a vrai dire, il n'i a au monde plus ſeur moien de parvenir que par vertu et ſcien-

ce/où principalement est comprise la connoif
sance des langues/qui rend l'Homme singulie-
rement utile a la republique/ l'elevant a
grans biens et honneurs. En consideration
de quoi, quantes fois je m'arreste/ je treuve
qu'avez ja grand avantage/ pour avoir esté
nourri d'une si vertueuse Princesse et ac-
complie dame Madame d'Arenberg:
mais ce n'est pas tout d'avoir commencé/
Il faut passer outre, et diligenter d'attain-
dre plus haut, et a deux ou trois langues que
savez adjouter aussi la latine. Car estant
emparé de ces langages (une la singulie-
re grace/dont Dieu vous a richement doué)
rien ne pourra mettre empeschement
a vos genereus desseins/ mais parviendrez
aisement où les mieux-nez aspirent. A cau
se de quoi/ si me croyez/ pour difficultez
quelconques, n'abandonnerez nullement
du monde le louable commencement que j
avez. Mais c'est assez pour vous r'affre-

chir la memoire de ce que journellement l'annee passee vous disois. Vous trouverez en la presente un peu d'argent/ qu'ai apporte de la miniere. C'est chose merveilleuse que de le voir aussi pur, et clere comme s'il estoit par feu affine: mais aussi le faut il chercher bien avant es entrailles de la terre, ou suis descendu, aux despens de mes jambes. J'ai encor quelque peu d'autres metaux/ mais je vous en feray une autre fois part. Au demeurant vous plaira saluer de ma part voz freres Brede et Caie/ en les asseurant de mes services. Dieu vous maintienne longuement en sante et heureuse vie. Donne de Corsmal ce 27. d'Octobre, l'an 1574.

Votre serviteur et ami
A. C.

GRAMMATICAE GALLICÆ liber secundus, de vocum accidentibus seu Etymologia.

Literarum libro superiore tractationem exegi, & quæ videbantur præmisi: nunc ad dictiones, earumque accidentia delabor. Porrò in hoc Etymologiæ cursu sic versabor, ut diligentiæ brevitas mixta intelligatur: quamquam non committam ut me Latinorum exemplum ab instituto dimoveat. scio namque me gallicum sermonem ex professo tradendum suscepisse. Voces autem quas intentionis secundæ nominant, queque ex latinis Grammaticis notæ sunt, non definiam: omittam etiam ea partium orationis accidentia, quæ obscura non erunt.

PARTES ORATIONIS *novem.*

Novem classes sunt significandi modo distinctę, in quas omnes voces quæ in orationem gallicam cadunt, digeruntur: Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Adverbium, Coniunctio, & Interiectio.

DE ARTICVLO.

Articulus est terminus syncategoricus ad generum casuumque discrimina observanda, & ad ora-

tionis certitudinem haud parum neceſſarius. Eſt autem duplex, Maſculinus & Fœmininus.

INFLECTIO.

Sing. num.	Maſcu.	Nõ.& Accu.	o	*l'*	*le*
		Genit.	*de*	*de l'*	*du*
		Dati.	*à*	*à l'*	*au*
	Fœm.	Nõ.& Accuſ.	o	*l'*	*la*
		Genit.	*de*	*de l'*	*de la*
		Dati.	*à*	*à l'*	*a la*
Pluralis	Cõmunis	Nõ. & Accu.	o	*les*	
		Genit.	*de*	*des*	
		Dati.	*à*	*aux*	

Ex hoc paradigmate Articuli accidẽtia colligi haud difficulter poſſunt. Ipſum autem paradigma abſolutum mihi videtur, nec difficile intellectu: nam nomina quæ ſine articulis rectis efferuntur, recipiunt in obliquis *de*, *à* & quorum articulus apoſtrophi no tam habet, apoſtrophatum illum retinent, præmiſsis *de et à*. Et ſic deinceps, quibus tribuitur *le*, ea in obliquis aſsiſcet *du*, *au*: quibus *la*, ea, *de, la* & *à la* exigent. Nec ſecus fit in pluralibus atque inflectio demonſtrat. Reſtat Articuli ſignificatio & uſus diſpiciendus.

Articulum quo Latini carent, cum Grecis Germaniſq. communem habemus: Is ſuis categorematis,

id eſt

id est nominibus præfigi consuevit. Nomina dico, nam voces quibus præponitur Articulus, nominum naturam induunt, velut *Le trop boire engendre maladies:Le peu de cognoissance.* &c.

DE VSV ARTICVLORVM *le la les*, & quibus præfigantur.

Quatenus hæ voces relationi serviunt, ad Pronominum ordinem referri debent, ut & *l'ain* in verbiis reperitur. cæterùm quatenus sunt Articuli varium etiam usum admittunt, quem jam animus est investigare.

Primùm itaque nomina fluviorum articulos flagitant, ut *le Rône* Rhodanus: *Le Rin* Rhenus: *Le Doux* Dubis: *La Moselle* Mosella: *La Saone* Sequana: *L'Ecaut* Schaldis etc. Item gaudent articulis appellativa omnia quibus genitivus adiungitur, id est aliud substantivum præcedēte *de*, ut *le livre de Pierre*, liber Petri: *la fille de Macaire*. Macarij filia: *la maison de mon Pere*, domus paterna. *Le maistre de ceans: la ville de Paris: la cité de Bezançon. &c.* Sic & officiorum dignitatumque nomina, veluti. *Notre tresfire le Roy: le chancelier: le Cōseillier: le gouverneur, la nourrice: la lingiere, &c.* quæ omnia de certis definitisque individuis dicuntur. Differunt tamen hæ locutiones; *Il est Conseiller de la ville*, & *C'est le Conseiller de la ville* hîc.n. solus videtur dici à consiliis civi-

tatis, illic ex numero eorũ qui Remp.cõsilio juvãt. Sequuntur quoque Articulos pronomina *mien, tien, sien* cum fœmininis suis, & hæc cõmunia, *notre, votre leur*, sine substantiuis posita. ut *c'est le mien. le tien, le sien, le notre, le votre. le leur*, & *c'est la mienne, la tienne, la sienne, la notre, la votre, la leur.* His annumera compositionis particulam *méme* factam ex met, Item *quel* relat. cum fœm. *quel*, à quil us articulus sejungi nequit.

Ex prædictis & aliarum linguarum collatione, vel me tacente colligi potest, accessione horum articulorum contrahi vagam nominis appellativi significationem, & adhiberi ad unam vel personam vel rem designandam, vt cum dico *Le maistre le veut ainsi. Ainsi l'entent le Roy. Le Docteur a ci esté: Le greffier vous a envoyé ces lettres: Le Secretaire a demandé apres vous.* quomodo & germanicus usurpatur Articulus. Ejus generis est. *C'est assez dit, vous coignoissez l'homme, vous coignoissez la personne.* Sed in his etiam cũ Emphasi repetitur Articulus, vt *On le cognoit le meschant qu'il est.*

Hi articuli nonnumquam totius formæ seu speciei denotandæ vim sortiuntur, vt *le Lion est plus fort que le chien: Le cheval est genereux, L'ane est lâche: Le peuplier aime les ruisseaux, et le pin les montaignes. Le Liõ est le pl⁹ fort des animaux*, vel *la pl⁹ forte des bestes*, Illic n. *animal*, hic *beste* subĩtelligitur. Similia sunt hæc gẽtilicia, *Le Turc a ses façons de faire: le Chrestien*

ne doit pas mener vie dissoliie: l'Italiē est mignon: le Norman est laron, l'Aleman boit volontiers, Aussi faisoit le Grec. Quibus addes, *l'homme de bien ne médit de persone: la fille de bien garde son bonneur* & id genus innumera, ubi singularis indefinitè accipitur, & plurali numero æquipollet, hoc *les Turcs ont leurs façons de faire: Les filles de bié gardent leur honneur, &c.* vel *celuy qui est Chrestien,* & *quiconque est Chrestien ne doit pas mener vie dissolue.* Sic, *c'étoit pour visiter les miens en état,* id est, *ceus qui étoient miens en état.* In his Articulus videri posset à suo ad Pronominū ordinem desciscere.

Ponūtur etiam nō rarò pro Adverbio similitudinis, ut *Ce cheval va le traquenart, la haquenèe,* id est, *en* vel *comme un traquenart, une haquenée.* Nisi sic velis reddere, *Ce cheval va le train, ou le pas de traquenart, de haquenée.*

Sed *le* in comparativis adverbialibus aliam acceptionem patitur, ut *vous ferez ceci le mieux que pourrez,* hoc facies quàm poteris optimè: *Revenez le plus tót que pourrez.* Revertere quam primum poteris: *Ie hai cela le plus du monde,* hoc summè odi: *Ie m'en garderai le mieux que je pourrai,* hoc diligentissime cauebo Sic *le moins mal que possible sera.* At in his omnibus loco *le,* substitui posset *au.*

QVÆ RECTOS ARTICVLOS respuant.

Nomen

Nomen tam viri quàm mulieris impatiens est Articuli recti contra Burgundionũ aliorumque consuetudinem dicentium, *l' Antoinne, la Ianne, le Glaude la Glaudine.* &c. qua in re etiam Suevi à reliquis Germanis dissentiunt,

Repudiant etiã articulos rectos, pronomina, *ce, cest, cestui, cil, celui, il,* cum fœm. *ceste, celle, elle.* Itẽ possessiva, *mõ, ton, son* cum fœm: suis *ma, ta, sa* & communibus, *notre, votre leur* sine expressis substantivis. Nec tantùm hæc sine articulis efferuntur, sed etiam omnia substantiva ijs adjuncta, quale judiciũ ferendum est de vocula *un,* qua tanquam Articulo improprio extra numeri vel monados significatum utimur, ut & germani suum *ein* usurpant.

Insuper vrbium nomina Articulos aspernantur, exceptis quæ verè ex appellativis constant. ut sunt *le Mont Henri, le Mont Roial, la Rochelle, la Fere, l' Isle en Flandres, l' Isle en Bourgongne, ou sur le Doux, &c.*

DE NOMINIBUS *regionum.*

Regionum appellationes nunc cum Articulis nunc sine iis in sermonem trahuntur: ita tamẽ ut in plerisque elegantius dissimulentur, cum obliquorum ratio id apertè doceat, in quibus nunquam rectus repeti sine vitio potest. Quamquã enim liceat dicere, *l' Italie a occasion de veiller: l' Alemaigne foisonne en gens de guerre, et de lettres. la France a fort a faire:* Sic *l' Asie, l' Afrique, l' Europe n' est pas du*

tout á son aise, &c. tamē potest Articulus omitti, hoc modo. *Alemaigne est nourrice de guerroiers & de hautz espritz : France est en armes: Italie est en paix.* Adde quod obliquis casibus (si modus casus sunt) eodem se hæc modo habeant quo illa, quibus recti negantur articuli, ut *le Roy de France, la noblesse de France, les Princes d'Alemaigne, les seigneurs d'Italie*, &c. non autem *de la France, de l'Alemaigne, de l'Italie*, Atque hæc ferè est regionum ratio, nisi quod quædam nunquam articulum rectum admittant, ut *Angleterre, Escosse, Navarre, Dannemarc, Suede, Noruegue*, &c. & quædam sine iis vix vsurpentur, ùt *le Dauphiné, les Indes*, &c.

APPENDIX.

Differunt significato, *Ie suis filz de N*, &c. *Ie suis le filz de N*. Nam hic dicor vel vnicus, vel is esse, qui quæratur, aut cujus sit facta mentio: illic simpliciter dicor, illo patre genitus.

DE OBLIQVIS *Articulis*.

Quemadmodum recti, sic & obliqui Articuli latè patentem significationem nominum coarctant; quod ut vel à rudioribus percipiatur, statuendum est *de* & *à* magis indefinitè significare, quâm *du* & *au*, vel *de la* & *à la*, quibus vel persona certa vel res individua notatur. Verbi gratia, veluti de certo Rege

Rege sermo est cùm dicitur *le Roy i est en personne*, etiam de definito eodem modo loqui intelligeris si dixeris *Le commandement du Roy est tel*, Et *Il plait ainsi au Roi*. Sic *la Reine*, *a la Reine*, *de la Reine* ubi obliqui rectis respõdent. Verũ si dixeris *Faveur de Roi, n'est pas heritage.* indefinita erit oratio, nec ad certã personã accõmodabitur, sed sensu cũ his conveniet. *Faveur d'un Roi*, aut *des Rois*, aut *roialle n'est pas heritage*. Atque ita vides *de* cum substantiuo adjuncto æquipollere adjectivo, quod ab ipso substantivo trahi potest.

Si Articulos *du, de, la, de l'*, substantivum non præcesserit, aut si regentur à verbo actionis, ut vocant transitivæ, censendi erunt sui casus naturam deposuisse, ut *j'ai du pain*, *aporte du vin*, habeo panem adfer vinum. *Vas querre du poisson, de la chair, du bois, du feu, de la farine, de l'eau, de l'huile, du lait, du formage, du bure.* &c. Id est, adfer & q. vade quæsitum pisces, carnes, ligna, ignẽ, farinã, aquam, oleũ, lac, caseum, butyrum.

Pourquoi m' aportes tu de l'argent. veu que tu sais que ie demande de l'or, cur adfers argentum cùm scias me poscere aurum? Atque hoc semper modo res homogenias exprimimus. Sic pluralis *des* usurpatur in fructibus arborum, & pisorum fabarumque, ac similium majorum leguminũ appellationibus, ut *Achetez des cerises, des prunes, de pommes, des poires, des abricotz, des pois, des feves*, Emite cerasa, pruna, mala, pira, per-

ra persica præcocia, pisa, fabas.

Ad quæstionē *qui est ce*, quid est? respon. *c'est chair, bois, or, fer*, est caro, lignum, aurum, ferrum, vel *c'est de la chair, du bois, de l'or, du fer.*

Hic autem non est silentio prætereundum, *du, de la, de le*, aut *des* in usum non venire, sed tantùm vsurpari *de* quoties quantitatis aut materiæ notatio inest: Vocula autem *de* tunc vtimur nullo numeri aut generis discrimine, ut *Vous mangez plus de chair que de pain*, plus carnis quàm panis edis: *Assez de plaitz peu d'argent*, satis verborum, pecuniæ parum: *un cousteau de fer d'acier*, culter ferreus chalibæus: *un anneau d'or, de argent, de cuivre, de corne*, annulus aureus, argenteus, cupreus, corneus. vbi notabis quî adjectiva latinorum quantitatem aut materiam significantia reddamus. De his vide Adverbiorum Syntaxim.

In oratione pathetica & affectuum plena reperitur *de* cum nominativo aut accusativo, ut *Il est la le gros enflé d'Avocat: Laissez courre ce gros enflé de conseiller.*

Genitivis & dativis expressi adhærent articuli, exceptis Divorum nominibus, ante quæ brevitatis gratia dissimulantur, *La rue S. Denis. Les faux bourgs S. Denis*, Platea S. Dionysij, suburbia Dionysiana, *l'Eglise S. Iaques*, AEdes D. Iacobi. *La chapelle nostre Dame*, Sacellum beatæ Mariæ: *Le feu S. Antoine*, Ignis D. Antonij. Et in iuramentis, *Il a iuré la mort*

Dieu, Dei mortem testatus est.
Pleræque voces, quas articulos obliquos nominavi in Præpositionibus reperientur, sed tamen quatenus articuli haberi possunt, iam satis intelliguntur.

DE NOMINE.

Substantivum nomen in Adiectivum migrat aliquando, vt patet ex his duobus *vn exemplaire* exemplar, *un formulaire* methodus, & similibus, quæ in adiectiva transeunt quoties aliis substantivis adjunguntur, ut *On te ferá porter punition exemplaire*, statuetur in te exemplum severitatis: *Institution formulaire*. Institutio methodica. Adjectivum verò frequentissimè Græca consuetudine naturam Substātivi induit, veluti cùm *le beau* pro *la beauté* ponitur.
le long pro *la longueur*.
le large pro *la largeur*.
le naturel pro *la nature*. Sic dicimus *Ie le ferai du bon du coeur*, q.d. *de la bonté du coeur*, vel *de bien bon coeur*. Item *batir sur l'incertain du sable*, pro *sur l'incertitude du sable*. vel melius *sur le sable incertain*, quæ ratio est Poëtis perquam familiaris. Hujus loci sunt *j'ai assez chaud, mais tu as froid*, satis quidem caleo, sed tu friges: *Les bons endurẽt pour les mauvais* boni pro improbis luunt.
Eodem propè modo idiomatum mentionem facimus dicentes: *Parler Grec, Latin, François, Alemand, Italien, Espagnol, Anglois*, loqui Græcè, Latinè, Germanicè

manicè, Italicè. Hispanicè, Anglicè. In quibus vox *lãgage* dissimulatur. Nec sanè audiẽdi sunt, qui hæc adverbia esse defendũt hoc argumẽto quod videãt eadem à latinis adverbialiter efferri : Etenim si in *parler latin* , *enseigner François* ullum inesset adverbium, quid obstaret quò minùs aliis verbis eadem prorsus ratione apponerentur? Iam verò in plerisq; assumendam esse præpositionem *en* nemo non videt, Sic n. rectè loquimur *Ie le vous dirai en bon frãçois: Ie parlai a lui en latin, mais je croi qu'il n' entend que son maternel . Ceste histoire ci a esté premierement ecrite en Grec, et depuis en Latin*, Amoueri *en* non debet, nec aliter hæc reddere possumus, nisi fortè expresso substantivo, hoc pacto *en langage Latin*, vel *en langue Latine*.

Adiectiva fœminina eleganter & frequenter in oratione deprehendes suppressis his substantivis, *mode, façon, maniere, coutume, guise*, & similibus, ut *Il est vétu à l' Alemande* vestitus est germanico more: *A la Françoise* gallico : *à l' Italienne* Italico . *à la Romanesque* Romano: *à la turquesse* vel *Turquesque*. Turcico, &c. quæ germani haud dissimili modo redderent Auff tutsch, Auff vvelsch, &c. Sed tamen masculinum genus recipi posset, sic *Il est habille en Aleman, en François, en Italien*, id est *comme un Aleman, comme un François, &c*,

A mon acoutumée scilicet , *mode, guise, façon*, id est modo meo more. Huc pertinent & hæc.

A la longue sup. *attente*, tandem.
En voz dernieres, sup. *lettres.*
Ci ferai fin à la presente, sup. *lettre*,
Il joue à la derniere sup. *chance*, dicitur in eum qui omnia abligurit & dilapidat.
Pauca adjectiva fœminina substantivè capiũtur, ut *une vieille* vetula, anus, non autem *un vieil* absolutè, sed *un vieil homme* adjectivé, vel *un vieillart* substantivè senex.

QUI LATINA QUÆDAM *exprimantur adjectiva.*

Permulta periphrasi reddimus: Nam quæ materiam denotant, redduntur addita vocula *de* ad vocem materiam significantem, hoc pacto.
aureus,a,um, *d'or* ligneus,a,um, *de bois.*
argẽteus,a,um. *d'argent* lapideus,a,um. *de pierre.*
ferreus,a,um, *de fer.*
Quæ autem contentum adsignificãt, fiunt præfixis *à, au, aux*, vocabulo rei contentæ, ut
pixis arenaria *une boite au sablon.*
cornu atramentarium *un cornet à l' encre.*
forum boarium *le marché aux boeufz.*
forum herbarium *le marché aux herbes*, &c.

DE GENERE.

Quadruplex est genus, Masculinum, Fœmininum, Commune & Epicenum, Generis cognitio vel

ex

ex Significatione vel ex terminatione petenda est.

REGVLA GENERALIS DE *significatione Masculini.*

Virorum, virilium officiorum, mensium, dierum, monetarum, & arborum nomina masculini sunt generis.

ANNOTATIO.

A veris propriis virorum nihil differunt ea quæ ex adjectivorum numero assumpta individuis masculinis designandis serviunt, ut *Iuste, bon, Innocent*

Sub hanc quoque regulam cadunt nomina Angelorum, Dæmoniorum & numinum Ethnicorum facie virili pictorum.

Nec est quod movearis, si in dierum festorum elocutione, fœmininos articulos masculinis dictionibus appositos deprehendes: sunt enim orationes implicitæ cùm dico.

A la S. Michel.

A la Saint Remi.

A la Saint Ian.

A la tous Saint, &c. ubi vox *feste* aut similis subintelligenda est hoc modo, *A la feste de S. Michel, à la feste de tous les Saintz.* Eadem ferè harum formularum est ratio, *A la mi-Aoust. A la mi-May,* & id genus plurimarum.

Figuratè fieri existimo ut dicamus *la trompette* pro

le trompeteur tubam pro tibicine accipientes. *C'est une bonne trompette que N.* pro *N. est vn bon trompeteur.* Nec placet huic fœmininæ terminationi masculinum articulum præfigi, ut quidam volunt, dicentes *le trompette de monsr le duc.* Eodem pertinet *une hardie lance*, pro *lancier.*

Duo monetarum nomina fœm. occurrunt, *une maille* obolus: *une portugaise* vel *portugalloise*, aureus Portugalliæ numus. Quidam etiam recipiunt *une dalle* pro *un dalle* unde *Iocundalle.*

Insuper pro *un saux*, aut *un saule* quibusdam locis *une saux* vel *saulx*, id est, salix usurpatur.

REGULA GENERALIS DE *fœmininis significatione.*

Mulierum, muliebrium officiorum & fructuum arboreorum nomina fœminino genere efferuntur. Excipies tamen *un abricot* præcox persicum: *un glād* glans, & si quæ dimiuutiva in *t* desinentia.

DE ADIECTIVORUM TERMI- *nationibus Regulæ generales.*

Omnia adjectiva nomina aut participia vocalibus *é, i, u*, aut diphthōgo vel consonante aliqua terminata masculina sunt: Sed tamē fœmininis juncta reperies *rosat, majeur, mineur*, vt *huile rosat, Asie majeur* & *mineur.* quæ aliàs eo genere & modo vix usurpantur.

Voces

Voces etiam ex aliis ordinibus ad nominum classem traductę (dēptis participiis) masculinis articulis, donantur. Assumunt autem nominum naturam aliquando verba, præpositiones, adverbia & coniunctiones.

Communis generis sunt quorum masculina vox e brevi clauditur, ut,

ferme firmus. *opiniatre* pertinax.
celeste cœlestis. *robuste* robustus, a.
juste justus, a. *deuxieme* secundus, a. *troisieme* tertius, a, & sic de reliquis generis eiusdem.

Communia quoque sunt numeralia, quæ cardinalia vulgò dicuntur *deux, trois, quatre, cinq, six, sept, huit.* & cætera adjective usurpata. Nam masculina tãtùm sunt quoties substantivorum vices obeunt. ut: *un vint, un cent, un mile.* Sic in chartis lusoriis aut tessaris *un deux, un trois, un quatre, un cinq, un six,* &c.

TERMINATIONES SVBSTANTIVORUM *masculinæ.*

Desinentia in *e* breve seorsim expedientur.

i, mari maritus *souci* cura: *ami* amicus. Fœmininum est *merci* misericordia.

oi, effroi terror: *émoi* solicitudo. Fœminina sunt *loi* lex & *foi* fides.

u, un fétu festuca: *bahu* impedimenta. Fœminina sunt *vertu* virtus: *tribu* tribus.

au, un seau situla: *manteau* pallium: *chapeau* pileus galerus

galerus: *veau* vitulus : *un fourreau* vagina. Occurrunt fœminina duo *peau* pellis, cutis : *eau* aqua, pro quo & *eaue*.
eu, *du feu* ignis: *jeu* ludus : *lieu* locus : *un pieu* palus.
ou, *un clou* clavus : *un trou* foramen.
Quæ in *b,c,d,g,l,p,q*, aut *z* exeunt, non patiūtur exceptionem ullā, *du plomb* plumbum : *bec* rostrū, *brocard* scōma : *sang* sanguis cruor: *du miel* mel : *un champ* cāpus ager, *le camp* castra : *le coq* gallus galinaceus *du coq* costus: *nez* nasus.
f, *chef* caput : *étrif* contentio. Excipe fœminina *soif* sitis, *clef* clavis: *nef*, navis.
m, *nom* nomen : *renom* existimatio : *un haim* hamus. Fœmininum est *faim* esuritio, à nomine fames.
an, *vn an* annus : *un van* vānus : *un carquā* torquis.
ain, *du pain* panis : *un nain* nanus pigmæus. Fœminina sunt *main* manus : *nonain* sacra virgo: *putain* meretrix.
en, *chien* canis: maintien gestus.
in, *chemin* iter : *parchemin* membrana, *butin* prǫda. Vnum est fœmininum, *la fin* finis.
oin, *du foin* fœnum, *soin*, cura : *témoin* testis, quibus vulgus addit g verbis inde formandis necessarium.
on, *don* donum *chardon* carduus. huc pertinent diminutiva, ut *chausson* soccus : *saion* tunica : *écusson* cli-

ſon clipeus: *enfaçon* infantulus: *chaton* catulus, & rerum appellationes. Nam verbalia fœminina fere ſunt.

un, *emprun* mutuatio, quidam *emprunt* ſcribunt.

r, *un char* currus: *un jar* anſer mas: *l'air* aër: *du fer* ferrum: *un vivier* piſcina vivarium: *loiſir* ociũ: *du cuir* corium: *miroir* ſpeculum: *manoir* habitaculum: *or* & antiquitus: *aur* aurum: *treſor* theſaurus: *un mur* murus. In his terminationibus fœminina ſunt *chair* caro, & *la mer* mare.

our, *un four* clibanus: *vautour* vultur: *tour* pro ambitu & techna ſivé fallacia, nam pro turri fœminino genere poni debet, ut & *amour* pro animi benevolentia, etſi quidam, & non obſcuri illi quidem maſculinũ eſſe velint. Quod ſi tamen id uſus approbaverit, repudiare, ſanè nec mihi nec tibi licebit.

eur, *heur* cum compoſitis *bonheur*, *malheur* *honneur* honor: *labeur* labor: *pleur* fletus, cum verbalibus *jaſeur*, *deviſeur*, *caqueteur*, *danſeur*, *eſcrimeur*, *receveur*, *vanteur*, *procureur*, *malfaiteur*. Huc referuntur & à Latinis tractà *createur*, *conſervateur*, *protecteur*, *tuteur*, *menteur*, *fauteur*, &c.

as, *Bras* brachium: *amas* collectio: *tas* cumulus.

és, *procés* proceſſus.

is, *païs* regio prouincia: *ris* riſus: *vis* viſus: *pris* præcium, fœminina ſunt *une brebis* ovis;

une perdris perdix::*une vis* gradus testudinarii.
ois, *mois*, mensis: *chois* electio Fœm,est,*une fois*.
os, *vn os* os ossis.
at, *abigeat*,abigeatus: *achat* emptio, *un uerrat* verres.
et, *vn bonet* pileus.
oit, *le droit*,ipsum jus,
ot, *un pot* poculum:*un fagot* fascis virgultorum:*un mot* verbum,vox. Huc spectat & *ot* vel *ost*,id est exercitus.
ent. In *ent* verbalia cadentia masculina sunt, ut *jugement* jūdicium:*ornement*, ornamentum: *partemēt* discessus·*advertissement* admonitio,&c.Reliqua fœminina censenda ut *jument* equa : *dent* dens quod quidam genere masculino usurpant, dicentes: j' *ai un dent qui me fait mal*,*gent* natio. Sed tamen hujus plurale (*gens*)si modo illius est,quo homines significamus, quæ que vocabulo germanico leutte respondet fœmininũ adjectivum sibi præponi & masculinum postponi patitur, ut *dieu vous gard de mal bonnes gens.Ce sont gens savans*
ont,*un pont* pons : *un mont* mons. collis.
ort, *port* portus, us : *du fort* Absynthium : *un fort* munitio,propugnaculum : *tort* injuria. Fœm,est *la mort* mors.
art, *art* ars : *champart* : *canart* anas mas. Fœminina sunt *part* pars· *hart* laqueus.
est· *aquest*,vel *acquest* res parta.Fœmininum est *fo*

rest

rest sylva;foresta.

TERMINATIONES SVBSTANtivorum fœmininæ.

è, *amitié* amicitia : *fidelité* fidelitas: *cruauté* crudelitas:*beauté* pulchritudo,&c.At masculina sunt *lé* latus *blé* triticum : *congé* venia : *clergé* clerus: *gré* quod ex gratia factum auguror, *Bon gre,mal gré que tu en aies*,id est velis nolis? Addunt *parenté* genus,propinquitas.

Conté Comitatus : *Duché* Ducatus.quibus ut fœmininis & patres & majores nostri usi sunt.

on, *façon* modus: *rançon* lytron:huc pertinēt quę in *ion* aut *son* præcedente vocali cadunt,ut *admonition*, *punition*, *adhortation*:*prison* carcer: *maison* domus?*raison* ratio:*moisson* messis:*marisson* tristitia.Sed masculinis annumerantur *horion* ictus, plaga: *tison* titio: *pigeon* pullus columbinus *plongeon* mergus,cum plurimis supra dictis.

eur. Primitiva in *eur* sunt hujus loci, *fleur* flos: *de la fleur* farinæ flos: *chaleur* calor: *hauteur* altitudo: *couleur* color: *douceur* dulcor suavitas. quibus addes plurale *meurs* mores. Huc itaque quæ qualitatem notant pertinent.

x, *paix* pax: *la toux* tussis: *voix* vox: *une noix* nux: *croix* crux: *une faux* falx : *de la chaux* calx: *de la poix* pix. *Poix* verò pro pondere seu etiam pro piso(etsi rectiùs pois scribitur) masculinum

 est,ut

est,ut &,
prix pro *pris* precium.
un poux pediculus.
le poux vel *poulx* pulsus.

DE E BREVI.

De *e* brevi certa regula assignari vix potest. Verum quidem est quædam à Latinis neutris profecta masculino à nobis genere donari,ut *offite, benefice, sacrifice,malefice, vice, indice,supplice,scupire,empire,* &c. & a fœmininis quædam ducta suum genus retinere,ut *justice,police,malice,ire,cire,peste,fenettre,béte* & similia.

Quia verò hæc obseruatio fræquenter fallit, examinabo finales syllabas, quas ordine subnectam,ut lector videat meã hac in parte diligentiam.

MASCVLINA SVNT *desinéntia in*

age, visage vultus : *courage* animus : *orage* tempestas nimbus. Sic & verbalia *témonage* testimoniũ: *breuvage* potio *mariage*. matrimonium, *ouvrage* opus, *voiage* iter,&c. fœminina sunt *image* imago: *rage* rabies.

cle, oracle, spectacle, miracle, tabernacle, & similia à Latinis neutris & syncopatis derivata, ut *siecle* seculum.

aire, viaire vultus : *salaire* merces. Sunt qui etiam

affaire

affaire fœminino genere usurpent. Fœmininum est *une paire*, par substantivum.

FOEMININA SVNT QVÆ
exeunt in

able, *etable* stabulum: *table* mensa: *fable* fabula. Masculina sunt *sable* arena: *cable* siue *chable* funis nauticus, ut & *comble* cumulus, & *meuble* suppellex, bona mobilia.

ace, *face* facies: *grace* gratia: *race* stirps: *place* locus planicies, *Populace* plebs utroque genere ponitur, melius fœminino.

che, *marche* gradus: *demarche* gressus obliquus: *une poche* sacculus. *Prêche* utroque genere dicitur.

ade, *aubade* concentus matutinus ad amicæ ostiũ aut fenestram. Sic:

oeillade *trillade*,
bastonade *estocade*
harquebousade *griffade*

quæ sunt significationis concretæ, & majoribus nostris minus quâm nobis familiaria.

ande, *offrande* oblatio: *demande* petitio.

arde, *la garde*, custodia, excubiæ.

ée, *épée* ensis: *meslée* mixtio, turba.

ie, *maladie* morbus: *menterie* mendacium: *calomnie* calumnia.

Sic

Sic *cognie, poignie, moitie* quibus rectius dixeris *coignée, poignée*, *moitié* media pars. At *compaignie* usitatius est quàm *compagnée.*

elle tourelle turricula: *ruelle* plateola.

esse, noblesse nobilitas: *jeunesse* Iuuentus: *vieillesse* senectus *allegresse* alacritas: *besasse* pro quo & *bissac* dicitur, id est mãtica: *tetasse* mamillę grãdes

ise, *une chemise* indusium subũcula: *vantise* jactantia: *vaillantise* strenuitas. Item *couardise* segnitia: *sotise* stultitia, pro quibus *couardie* & *sotie* offendes.

ette, maisonette domuncula: *une pierrette* lapillus, *une chambrette* paruum cubiculum.

gue, *dague* sica,æ.

ure, mesure mensura: *couture* sutura: *pouriture* putredo.

Reperiuntur apud Authores, & in sermone multò plures observari possunt voces, quas alii masculinas, fœmininas alii esse volunt: sed ne hic longior sim, supradictis contentus ad alia veniam, si hoc addidero vocabulum *navire*. Neotericis quibusdam masculinum esse cum semper fœmininum extiterit.

DE GENERE
Epicœno.

Non desunt nobis nomina quæ sub uno genere utrùmque sexum complectuntur, cujusmodi sunt quibus quadrupedum, auium pisciumque formas

deno-

denotamus. Exempli gratia.

Sub masc.articulo utrumque *sexum significant.*

lievre	lepus	*brochet*	lucius,lupus.
heron	ardea.	*turbot*	Rhombus.
passereau	passer	*aigle*	Aquila.

Et hæc sub fœminino articulo marem & fœmellam notant.

lamproie	lampreta	*cigogne*	ciconia.
perdris	perdix.	*caille*	cothurnix.
anguille	anguilla	*alouette*	alauda.

GENVS CVM SIGNIFICA-*tione mutari.*

Sunt voces quæ cum varia significatione varium genus recipiant:ut *un livre* liber libri:*une livre* libra,pondo:*une temple* tempus capitis pars : *un temple* templũ.Sic dicimus *un bel oeuvre* insigne opus: & *les bonnes oeuvres* bona opera . Et vocula *chose* fœminina est idem significans quod res at masculini tamen est in hac oratione *Lui voulez vous couper le chose*? Voce autem *chose* ? utimur rei alicujus nomine non occurrente,eique tacẽdi,vel prioribus labris hærentis vocabuli articulum tribuimus.

FORMATIO VOCIS *fœminina.*

Adje-

Adjectiva masculina quæ in *e* breve cadunt, motionem non recipiunt, sed terminatio illa communis est, ut *jeune* juuenis: *riche* dives: *povre* pauper: *maigre* macer, a, &c.

Quæ verò aliter desinunt, vocem fœmininam creāt assumpto *e* brevi, ut

ruse, rusée callidus a. *fin fine* astutus, a.
fier fiere ferox.
marri marrie tristis *clos close* clausus, a.
bossu bossue gibbosus, a. *camus camuse* simus, a. Sed
grand grande magnus, a.
bas humilis, geminato *ss basse*
vil vile vilis. facit.
vain vaine vanus, a.

Quæ in *c* exeunt, aliter formantur, ut
blan blanche, albus, a.
Franc franche
sec seiche siccus, a. Quanquam essent nonnulla regularia, nisi *c* pro situ diverso sonaret variè, ut.
grec greque græcus a. *mistic mistique*
public publique publicus, a. *turc turque.*

Nam *c* sequente vocali *e* si ut k efferretur, non opus esset arcessi *q*. Alii etiam *c* retinent, sic *grecque, publicque,* &c.

Esset & regulare *long*, nisi incōstantia literæ *g* obesset, nā eius fœmininū est *longue* longus, a, *d*. Alia secus formantur. Et primū quidem à *gallard*

fœmi

fœmininum *galloise* ducitur.
f, conuertitur in *v*, ut *sauf sauve* salvus, a. *brief briëve* brevis: *vif vive* vivus, a. *hatif hative* properus, a. *naïf naïve* nativus, a: *serf serve* servus, a. Alii quia penultima longa est, retinent *f* sono ademto.
X transit in *ſ* ut *heureux heureuse* fœlix: *vertueux vertueuse* virtute prædiius, a. Vel migrat in *ß* aut in *c*, vt *faux fausse* falsus a: *doux douce* dulcis (Alii *faulse & doulce* scribunt) *tiers, tierce* vel *tierse* tertius, a. Dictio *prefix* regulariter facit *prefixe*, ut & *perplex* à nonnullis movetur, quod alii commune sub *e* faciunt.
In *Z* regulare est *niez niéze* stolidus, aliis placet *niais niaise*. Sed *frez freche* recens facit non secus, ac si à masculino Picardis usitato *frec*, quod illis madidum significat. Variè hanc vocē scribunt, *frais fres*, vel *frez*.
Quæ in *l* & *t* exeunt, terminationis literam geminant. ut *net nette* nitidus, a,

bel belle pulcher, a.
brunet brunette subfuscus, a.
roial roialle regius, a.
povret povrette pauperculus, a.

Huc pertinet & *malle* id est mala sine masculino. Nam *mal* adjectivè nunquam accipitur, *malle grace* mala gratia: *prendre en malle part* sinistre interpretari, ægrè ferre. A mas. *bon* geminant *n*, *bonne* communiter.

Ineſt

Ineſt quibuſdam maſculina terminatio duplex, *el* videlicet & *au*, ut.
bel, beau, fœm, *belle*, pulcher, a.
nouvel, nouveau fœm. *nouvelle* novus. Ante vocalẽ *bel* & *novel*. utimur *beau* & *nouveau* aut ante cõſonantem, aut ſequente diſtinctione. Sic *maquereau* & *maquerel' maquerelle* leno lena: *meſeau meſel meſelle* leproſus a, *Damoiſau damoiſel damoiſelle* & ſimilia. Sed in his altera terminatio minus eſt quam prior vſitata.

DE SUBSTANTIVORUM MOTIONE

Permulta Subſtantiva Adjectivorum normam ſequũtur, ut *renard renarde* vulpes. *chien chienne*, canis *chat, chate* felis. *françois françoiſe* gallus. a,
Sic propria quædam *Ian Ianne* : *Adrien Adrienne*: *Laurent* facit *Laurence*. At mulierum appellationes plerumque ex diminutione petuntur ut.
Antoine Antoinnette quaſi ab *Antoinet*,
Iaques Iaquette veluti â *Iaquet*.
Glaude Glaudine tanquam à *Glaudin*
Deſinentia in *c* ut *un porc une porque* : *un Turc une Turque*, *Turqueſſe & Turqueſque*.
Duc Ducheſſe Dux duciſſa *clerc clergeſſe*.
Quæ *e* brevi clauduntur aſſumunt *ſſe* ut
maitre maitreſſe dominus, herus
prince princeſſe princeps.
prêtre pretreſſe ſacerdos.
aſne aſneſſe aſinus, a.

ote vel *hoste, hostesse* hospes hospita, ab antiquo ho stis. Sic *diable diablesse*.

Nominibus in *eur* adjicimus *esse* rejecto *u*, ut *pecheur pecheresse* peccator peccatrix. *bienfaiteur bienfaiteresse*. Quamquam multa Latinam motionem imitantur, ut

tuteur tutrice *protecteur protectrice*.
fauteur fautrice *habitateur habitatrice*, &c. quæ etiam sic scripta reperies *tutrisse, fautrisse*, &c.

Porrò quidam à *mẽteur* pro *menteresse mentoire* faciunt, ut & *caquetoire* pro *caqueteresse* & similia.

Variant autem nonnulla, ut

Dieu deesse Deus Dea.
Emperiere Imperatrix
Roi Reine vel *Roine* Rex Regina.
Neveu Niece Nepos neptis.
Filz fille filius filia.
Loup loupe, Lupus lupa. Sunt qui lupam *Louvesse* nominent.

DE FORMATIONE
pluralis numeri.

De numero plurali formando non eris sollicitus quoties nomen aliquod *S, X*, aut *Z* finiet: tunc enim eadem terminatio plurali quoque serviet, ut. *un bras heureux* fœlix brachium, plur. *deux bras heureux*. *un faux pas* falsus gressus, plu. *deux faux pas*. *un gros nez*, plural. *deux gros nez*.

G Sic

Sic numeràlia (quæ cardinalia dicuntur) ſubſtantivè accepta utroque numero ponuntur terminatione nihil mutata, ut *un quatre, deux quatre: quatre huit*, &c. Recipi tamen poſſe *s* in his ſubſtantivatis argumento eſt *un vint, deux vints*. Nõnunquam tamẽ *s* vertitur in *z*, quia pluralis ſingulari eſt productior, ut *propos, propoz*, ſermo, ſermones. In his numerus ex adjunctis terminis tam categorematicis, quàm ſyncategorematicis intelligitur.

Pluralis formatio alioqui fit adjecta *s* ad ſingularem terminationem, ut.

beauté	venuſtas	*beautés*, vel *ez*.
fable	fabula	*fables*.
ami	amicus	*amis*.
vertu	virtus	*vertus*
van	vannus	*vans*
jardin	hortus	*jardins*.
jardinier	hortulanus	*jardiniers*.
Empereur	Imperator Plu.	*Empereurs*.
un plomb	glans, plumbum	*deux plombs*.
lac	laqueus	*lacs*
coc vel *coq*	gallus, gallin.	*cocs* vel *coqs*.
dart	telum	*darts* vel *dartz*
long	longus	*longs*.
coup	ictus	*coups*
fagot	faſcis virgulti	*fagots, fagotz*.
amant	amans, ator.	*amants*

Sed in

Sed in quibus singularis consonante terminatur, consultius fuerit consonantem, aliàs soni expertem in *s* converti (præter *n* & *r*) hoc modo *plons, las, cocs, dars, longs, cous, fagos, amans*. Nisi quod post vocalem aut diphthongum malint *z, laz, couz*. Efferri tamē videtur *c* in *lacs* id est, lacus & *Ducs* Duces.

Singularibus *au, eu*, vel *ou*, finientibus vetustas *X* quàm *S* maluit adscribere, ut

veau	vitulus	*veaux*	vituli
Dieu	Deus	*Dieux*	Dii
trou	foramen	*troux*	foramina,

& cætera, quæ Neoterici per *s* scribenda censent, *veaus, Dieus, trous.*

L FINALE IN PLERISQVE
transit in VS, ut

mal	malum	Plural.	*maus*
cheval	equus		*chevaus*
metal	metallum		*metaus*
feal	fidus		*feaus*
loial	fidelis		*loiaus*
cheveul	capillus		*cheveus*
ciel	cœlum		*cieus.*

Quibus affinia sunt *ail* allium, *aus*: *vieil*, vetus, senex. *vieus*, *verrouil* pessulus *verrous*. Sed anomalon est *oeil* oculus *yeus* oculi. In pluralibus his omnibus scripserunt veteres *X*, *maux, chevaux, yeux* vel *yeux, cieux*, &c. Et in plerisque *l* mutum retinuerūt, ut esset originis nota.

Invenies tamen singulariter *vieux* in fine clausulæ, ut *apporte du vin vieux*. Sic memini me legere, *Jetter un doux ieus* pro *oeil*, & rectiùs *une oeillade*, Occurrent etiam regularia quedam *canal canals* seu *canalz*, &c. ut & *real reaus* & *realz*, *Imperial, Imperiaus* & *Imperialz*, quæ duo monetæ species sunt q. d. Regale, Imperiale numisma.

SINGVLARIA *tantùm*.

Quæ rem indiuiduam notant, nec pluribus tribuuntur, numero plurali carent. Talia sunt regionum, Insularum, Fluuiorum, ventorumque nomina, ut *France* Gallia: *Angleterre* Anglia: *le Rin* Rhenus: *la Bise* Boreas. Quia verò Germaniam in superiorem & inferiorem partiri solemus, pluraliter quandoque usurpamus, ut *Il a veu les Alemaignes: Il est és Alemaignes. Il revient des Alemaignes*. Rectè etiam forrasse dixeris: *Il a hanté les Espaignes*, licet singularis sit frequentior.

Virorum autem propria pluralem admittunt, cùm plures eodem nomine appellatos dicimus. Ad Appellativa convertamus.

Singularia sunt

repos	quies.	*autrui*	ex alter.
loisir	ocium.	*nullui*	nemo.
soif	sitis.	*neant*	nihil.
faim	esuritio.	*gré*	ex gratia.

Item *guet* excubiæ, custodia, etsi dicamus *Il a fait*

vel

vel *Il doit deus guez* pro *Il a fait deus fois le guet.*

Et *rien* ex nomine Res, nam æquivalet nostro vocabulo *chose*, ut *y a il rien plus aisé, Il n'i a rien plus aise, y a il chose plus aisée? Il n'y a chose plus aisée.* licet aliquando negativè ponatur per se in responsionibus, ut *Que me devez vous? rien.* Sed de hoc aliàs plura. Huc pertinent metallorum appellationes, ut *or, argent, leton, cuivre, erain, aloi, estain, plomb, fer, acier, &c.*

Et quæ ad pondus mensuramque examinantur aut venduntur, quibus vocula *un* non præmitti potest, ut

lait	lac,	*blé*	triticum	*ris*	oriza.
burre	butyrũ,	*froumẽt*	frumentũ	*vache*	vicia
suif	sevum	*orge*	hordeum	*millet*	milium
miel	mel	*aveine*	avena	*chair*	caro.
sang	sanguis	*seigle*	siligo	*eau*	aqua.

His annumera *foin* fœnum. Nam dum dicis *un plomb, deus ploms, plomb* accipitur pro glande seu globo plumbeo. *Les eaux sont hautes,* intelligitur de pluribus fluminibus. Etsi ante has omnes voces inveniri possit vocula *un* sciendum nihilominus de numero non intelligi, ut *voila un beau lait, voila un beau sang,* &c. Idem enim est ac si dicas *voila du beau lait, du beau sang,* vel *voila une belle sorte ou mõtre de lait, de sang*

Poil à lat. pilus factum est, estque singulare tantùm, cùm pro *poilage* accipitur.

funerailles, parentailles, Saturnales, Bacchanales & similia festorum nomina.

DE NVMERI *delectu.*

Notari phrases possunt, in quibus plurali gratior est singularis, usu id potius quàm ratione exigente, ut *gens de cheval*, vel à *cheval* equites : *gens de pied* pedites. Non autem *de chevaus, de pies*. Sic *ilz monterent tous en diligence à cheval, coururent à bride avallée, & aprez avoir brisé leur lances, mirent pied à terre & la main à l'épée. Allez tous deux parler à lui, mais faites lui la reverence, mettans la main au bonet.*

QVARVNDAM VOCVM SINgularis *æquipollet plurali.*

Quædam singularia Adjectiva cum suis pluralibus converti possunt, illisque succedere, cùm singularis multitudinem includat, ut

maint homme	*maintz hommes*
mainte femme,	*maintes femmes.*
tout homme	*touts hommes.*
toute femme,	*toutes femmes.*
nul homme,	*nulz hommes.*
nulle femme ,	*nulles femmes.*

Ad hunc modum latini dicunt . Omnis homo & omnes ho-

hominesːnullus homo, & nulli homines eodem significato, non ſecus ac Græci:

πᾶς ἄνηρ, καὶ παντὲς ἄνδρες
πᾶσα γύνη καὶ πάσαι γυναί.

DE CASIBVS.

Nominibus nullis, nullis participiis, paucis pro nominibus caſus inſunt: Sed tamen caſuum diſcrimẽ & ſignificationem ex adjunctis verbis, articulis & præpoſitionibus obſervamus.

Caſus ſunt, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus & Vocativus. Ablativum Græcos ſecuti ſine incõmodo rejicimus. Quos articulos cuique caſui præmittamus, in Articulorum ordine & paradigmate demonſtravi.

Accuſativum vel Prępoſitio vel Verbum antecedit.

Vocativus eſt recta vox ab omni articulo præpoſitionéque ſejuncta, nec à verbo regitur ullo, nec vllam præ ſe notam habet.

Peregrinæ voces ut primùm ad nos commeant metamorphoſin patiuntur, & noſtrarum tantummodò more flectuntur.

DECLINATIO.

Duplex eſt declinandi modus: nam cùm nomen ſine articulo effertur, exigit præ ſe in obliquis *de* & *à* utroque numero, cùm autem integer articulus nomini adhæret, maſculinum *du*, *au*. Fœmininum *de lá*, *à la* requirit, & vtrumque *des*, *aux* in plurali.

INFLE-

INFLECTIO NOMINIS
sine articulo.

	Nom.& Accus.	*o prince*		*o princes.*
Masc.	Genitivus	*de prince*	Plural.	*de princes.*
	Dativus	*à prince*		*aux princes.*

	Nom.& Accus.	*o princesse*		*o princesses*
Fœm.	Genitivus	*de princesse*	Plur.	*de princesses.*
	Dativus	*a princesse*		*à princesses.*

Sic flectuntur omnia quæ articulum in nominativo præfixum non habent: item illa quæ adjūctas habent voculas *un quelque* aut pronomen aliquod demonstrativum aut possesivum. præter *mien, tien, sien,* & *notre, votre, leur* eodem modo vsurpata.

INFLECTIO NOMINIS
cum articulo integro.

	Nom.& Accus.	*le prince*		*les princes*
Mas.	Genitivus	*du prince*	Plural.	*des princes*
	Dativus	*au prince*		*aus princes*
	Vocativus	*prince.*		*princes*

	Nom.& Accus.	*la princesse*		*les princesses*
Fem.	Genitivus	*de la princesse*	Plur.	*des princesses*
	Datiuus	*à la princesse*		*aux prīcesses*
	Vocativus	*princesse*		*princesses*

Hanc movendi rationem sequūtur quotquot adjunctum habent integrum articulum rectum. Integrum ideo dico, quod apostrophatus toto singu-

lari maneat, eique in obliquis *de* & *à* anteponantur, cùm alioqui pluralis cum hoc paradigmate cō sentiat. Exempli gratia

Nom. & Accu.	*l'art*		*les ars*
Genitivus	*de l'art*	Plural.	*des ars*
Dativus	*à l'art*		*aus ars*

Nom & Acc.	*l'autorité*		*les autorités*
Genitivus	*de l'autorité*	Plural.	*des autorités*
Dativus	*à l'autorité*		*aus autoritez.*

Qui tenuerit quæ à me de Articulorum usu dicta sunt, comperiet hanc declinādi rationem esse haud quaquam difficilem.

¶ Adjectiva quatenus adjectiva sunt, articulos nō recipiūt & per cōsequens nō inflectūtur. Si autē substantivorū vices obibūt, aut tacito substātivo, aut non repetito usurpabūtur, eosq; arcessent articulos quos & nomina per accidens fieri certum est, siquidem articuli adjectivis adhærent. Hæc de declinatione nominum sufficiant.

Ne tardiùs ad inflectionem progredi viderer, & lectori properanti tædium parerem, rejeci hunc in locum quæ de Comparandi, Imminuendi, Componendique ratione habebam dicenda.

DE COMPARATIONE.

Veris gradibus Comparationis destituimur, quos assumptis particulis effingimus, Fit itaq; Cōparati-

vus, si positivum vocula *plus*, Superlatiuus si *tres* antecedat , sed ante consonantem *tré* pronunciamus.

Positivus,	Comparativus,	Superlativus.
amiable	*plus amiable*	*trésamiable*
honorable	*plus honorable*	*treshonorable*
grand	*plus grand*	*trégrand*
gros	*plus gros*	*trégros*
juste	*plus juste*	*tréjuste*
haut	*plus haut*	*tréhaut.*

Tria Comparativos trahunt ab irregularibus latinis, ut

bon	*meilleur*	*trébon*
mauvais	*pis*, & *pire*	*trémauvais*
petit	*moindre* & *plus petit*,	*trépetit*

Sic & fœminina

bonne	*meilleure*	*trébonne*
mauvaise	*pire*	*trémauvaise*,
petite	*moindre*, & *plus petite*	*trépetite*

Dictio *pire* interdum ab omni collatione sejuncta reperitur, veluti cum dico *voila qui n'est pas pire* id est, *mauvais*

Plurale *plusieurs* comparativi gradus est, sine positivo aut Superlativo.

Est & alia Superlativi formandi ab Italis petita & recens in Galliam invecta ratio. ac tum ille gradus in *issime exit*, ut

bonissime

bonisſime		*trébon*
doctisſime		*tredocte*
perfectisſime	pro	*tr éparfait*
grandisſime		*trégrand*
excellentiſsime		*treſexcellent.*

Sic & *altiſsime* pro *tréhaut*, & ſimilia non pauca,ut *reverendiſsime* quod ſubſtantivum quibuſdam videri poteſt. Porrò hic magis quid uſus rerum magiſter.quidvè auriũ judiciũ probet, quam quid permittat ratio expendes : nec enim rectè dixeris *maliſsime* aut *mauuaisſiſſime*,*baſsiſsime*, *petitiſsime* (ſed potius *parvisſime*) *hautiſsime* & ſimilia à quibus uſus abhorret.Et quæ hanc formationem admittunt latina ex parte ſunt.

Comparationem reſpuunt quorum ſignificatum intendi nequit. ut *premier* primus. *immortel* immortalis. *dernier* ultimus. *imprenable* inexpugnabilis,&c.

Et quæ exceſſum ſignificant, veluti *ſupreme*,*extreme*,*ſouverain*,&c. Quamquam autem *tous* nõ cõparatur,tamen audies etiam *tretous* q.d.prorſus omnes,germanicè gar alle.

DE USU COMparativi.

Comparativus geminum uſum recipit , aut enim Latinorum Comparativo cum ablativo reſpondet, aut Superlativo cum multitudinis genitivo. Quatetenus

nus Latinum Comparativum exprimit necessaria est vocula *que* citra partitionem, ut *Louis est plus savant que son frere* Ludovicus est fratre doctior: *Ceci est meilleur que cela. Il est plus fin que douze autres de la compagnie. Ces deux la sont plus fortz que nous cinq.* Hic collationis modus usitatus est, cum unum uni, aut pluribus simul sumptis confertur. Verũ in partitione, articulus antecedit Comparativum & loco *que* assumuntur præpositiones, *de, du, de la, de l', d'entre* & similes, ut *François est le plus liberal de vous tous*, id est vestrum omnium liberalissimus: *Iaques est le plus foible de tous ses freres : N. est le plus agé, & le moindre de la troupe : Qui est la plus belle de la danse, &c.* Sed notabis implicitas orationes. Nam *de la danse*, id est *de toutes celles qui sont à la danse.* Sic *Il m'a promis le meilleur cheval de son étable*, id est *de ceux*, vel *d'entre ceux qui sont en son étable: C'est le meilleur homme du monde : C'est la meilleure personne du pais* pro *de ceux qui sont au monde, au pais.* In his & similibus *que* conjunctio locum non habet. Etenim hic, *Gerard est le meilleur compagnon que vous cognutes jamais* relatiuum est *que.*

Quemadmodum differunt, hic est ditior vobis omnibus; & hic est ditissimus omnium vestrum, sic & hęc *Cetui ci est plus riche que vous tous*, & *Cetui ci est le plus riche de vous tous.*

Articulus particulam *plus* antecedens formæ seu speciei subjectæ vices supplet, ut *le Lion est le plus fort*

fort des animaus, le Lion est la plus forte des bestes, subintellige *animal, beste*.

Vox Comparativa excessum semper significat nec absolutè usurpari extra collationem potest, nisi facile subintellecta altera comparationis parte, ut *Nous avons du meilleur, mais vous estes bien taillez d'avoir du pire*, Est enim oratio implicita.

Verùm ubi Latini dicunt, est vir doctissimus, noster Comparativus locum non habet, sed superlativus.

Notanda hic est variandæ orationis ratio Germanis nobiscum communis: Nam ut illi eodem planè sensu dicunt der schönste vnder Euch alle & der aller schönste vnder Euch, sic & nos communiter sermonem traducimus, *le plus beau de vous tous* & *Tout le plus beau de vous. Le plus hardi de toute la bande*, & *Tout le plus hardi de la bande*.

Si vitandæ erunt apertæ comparationes odii plerumque conciliatrices, & libebit modestiore oratione uti, *aussi* loco *plus* ponetur. *Il est aussi honeste qu'homme de son ranc: Il y fut aussi bien venu qu'hôme de la compagnie*: Vel *Il est autant discret qu'autre de son eage*. Si retinueris *plus*, inseres clausulas *Sans despriser personne, sans nulz blâmer, Sans faire tort à autre*, & similes. quibus odium averti potest.

DE VSV SVperlativi.

Su-

Superlativus habet quidem excessus significationem, sed tamen in collationem nunquam cadit. Ipsa autem hujus gradus nota nihil aliud significat quã valdè. ut *trêbon*, id est, *fort bon*, valdè bonus, um: *trédocte* admodum doctus, a: *trégrand* valdè magnus: *tresord* valdè sordidus : *treshoneste* honestissimus seu valdè honestus, &c.

Sunt qui altum præcipitium quærentes hunc gradum excedere & superare contendant, dicentes: *Il est tres que perfectissime*, est quàm perfectissimus. *Il est plus que perfectissime* & similia.

NOMINUM DIMINUTIvorum formandorum ratio.

l'orée à nomine ora, æ. *l'orée des murs* id est ad vel juxta muros aliâs, *joingnant les murs*, rectè dixeris.

Outre

Outre ultra. *outre le fleuve* ultra flumen

Loing, longè procul. *loing du chateau* procul ab arce. licet adverbium censeri poſsit.

Hors, dehors extra, *Hors* aut *dehors la maiſon* vel *hors* aut *dehors de la maiſon* extra domum. Poſterior patitur præſitiones *au* & *par*, interdum etiam *de*, ſed tunc vera prępoſitio non eſt. *Hors* cum verbis nonnumquam concreſcit, ut *horsmettre*, demere excipere &c. Sed & aſpiratio mutatur in *f* in *forclorre* excludere & ſimilibus, niſi à foras malis deducere.

Dans, dedans intra. *Dans* & *dedans l'egliſe* in Eccleſia, templo. *Dedans deux ans*, intra biennium. *Leans* ſemper eſt adverbium.

Selon ſecundum, pro. *Il vit ſelon Dieu & les hommes* vitam inculpatam agit. *Selon mon avis* meo judicio. *Chacun ſera jugé ſelon ce qu'il aura fait*, unuſquiſque ex factis ſuis judicabitur.

Vers Verſus. *vers l'orient* orientem verſus, *vers le ponant* in occidentem. *Il eſt allé vers ton pere* abiit ad patrē tuū. Idē valent cōpoſita *envers, par envers*.

Environ circiter tēpus & numerū ſignificat. *Envirō les trois heures* circiter horā tertiā. *Il a gaigne environ* 100. *écuz*, quæſtum fecit ad 100. aureos ſcutatos. Deſignat & locum, ut *environ la ville*, hinc *environner* cingere ſeu circumdare. Dicitur & *à l'environ*.

Autour q. d. *au tour* in circuitu. *Regarder autour de ſoi*, circum ſe reſpicere. *Il ſe pourmeine autour de la ville*

ville. Quidam etiam dicunt *autour la ville*. Est & *alentour* in usu pro eodem sequente genitivo. *A l'entour du chateau, de la ville* &c.

Mi medium significat, sed in simplici vix usurpatur: sunt ejus Composita *emmi*, ut *emmila rue* in media platea : & *parmi* q. d. per medium, *passer parmi le marché* per medium forum transire, Verùm *parmi le marché* etiam significat idem quod ex pacto.

Deça cis. *deça les mons*, cis montes.

Dela trans, ultra, opponitur superiori. Componuntur hæ duæ cum *par*, *pardeça pardela les mons*. Habent & *au* ante se, ut *au deça, au dela des mons*, etiam *au dela les mons*.

Depuis post, tempus significat. *depuis trois ans en ça*, abhinc tribus annis: *depuis son retour* ab ejus reditu: aut etiam locum, ut *depuis notre maison jusques à la votre* ab ædibus nostris ad vestras usque.

Iusques à id est usque. *jusques à la fin*, vel *jusqu'à la fin* ad finem usque. *Iusques à ou*? quò usque? *jusques à là*, eò usque.

Admonitio

His præpositionibus annumerari possunt quædam participia, quæ deposita natura sua munere præpositionũ funguntur, & earum more significãt. Ejusmodi sunt *touchant, joingnant, tenant, durant* & si quæ alia.

Ie vous ai envoié réponse touchant la demande de votre (frere.
Il se tient tout joingnant la porte

Sa

forfait & *fourfait* dicamus.

Trans transpercer perforare: *transporter* transportare: *transmettre* transmittere. Aliquando detrahuntur duæ posteriores consonantes, ut *traduire un livre de latin en François: traverser vn païs, une salle, une chambre* &c.

Huc pertinent omnes Latinorum inseparabiles prepositiones, cum plerisque aliis, quas in vocibus tantum Latinis retinemus. Illę autem non videntur hic recensendæ, cum notæ sint omnibus hæc lecturis: Quare ad alia transeo.

DE ADVERBIO.

Multa est Adverbiorum ubertas & copia, ideoque præcipua eorum capita significandi modo distincta recensebo. Sed lector meminerit velim, Præpositiones casibus destitutas in hanc categoriam & ordinem commigrare, Deinde pleraque Adverbia præpositiones aut, articulos recipere.

Adverbia quietis in loco, & motus ad locum.

ou? ubi, quò? *dans* & potiùs *dedans* intrò
ci, ici hic, huc *léans* quasi *là dedans* isthic intrò
là ibi, illuc *hors* & *dehors* foris, foras
allieurs, alibi, aliò *prez* propè, *venez prez* accede.
illec seu *illeques* isthic *loing* procul, longè

illa illec varius — *Devant* antè
partout ubique — *Derriere* post, retrò.
nullepart nusquam. Huc pertinent *là, autour, ci bas, là haut, ci haut, là bas: ci dessus, là dessous, ci dessous, la dessus: amont, aval: vis, à vis: tout à l'endroit* &c.

Loci significatione *fors* pro *hors* usurparunt, hinc Leodienses & finitimi corruptè dicunt, *Buvez fou* ebibé: *venez fou* egredere &c.

His adnumerari etiam debet relativa particula i (alii pingunt *y*) ut *Ie m'en vai au marché, i voulez vous venir? R. Non quant est de moi, mais mon frere i est ja. Lisant ce livre ci vous i trouverez ce que desirez savoir.* Et hæc quidem sine discrimine quieti aut motui serviunt.

Ca semper verbis motus jungitur, ut *Vien ça*, adesdum, veni huc. Ex positis formantur quotquot ferè de loco, aut per locum dicuntur, veluti jam patebit.

De loco.

d'ou, aliis: *d'oud* unde — *d'ailleurs* aliunde
d'ici hinc — *de partout*
de la isthinc — *de nullepart* &c.

quibus addes relationis voculam *en*, ut *En venez vous? R. oui j'en vien tout à cette heure*. Sed etiam interdum extra motum reperitur, ut *Il en est prez i. de là*, nisi personam referat.

Per

Per locum.

Quemadmodum superiora *de*, sic hæc voce *par* nituntur, ut

par ou, quâ | *par allieurs*
parci, *par ici*, hàc | *par nullepart*
par là, isthæc.

Adhibentur autem & aliæ voces ad certiorem loci determinationem, ut *droit là*, *droittement là*, *justement là*, *là tout juste*.

Notari quoque potest particulas *ci* aut *ici*, *là* & *ça* nonnumquam temporis esse cum præpositionibus, ut *De ci*, vel *d'ici à dix ans* hinc ad decennium: *La commencerent tous à rire*. id est, ibi, tunc. *Depuis trois ans en ça* abhinc triennium.

Adverbia temporis.

Multiplex est copia Adverbiorum tempus significantium, quam ut intelligat tyro, non pigebit quę impræsentiarum occurrent abscribere.

Adverbia temporis præsentis.

maintenant | *contant*
presentement | *hui* pro quo usitatius dicimus
or, *ores*, *hores* | *aujourdhui* tanquã *au jourd'hui*
ja | *meshui*. (hodierno die.

Et quæ ex nominibus constant periphrastica, *à cette heure*, *à cette heure ci sur le chãp*, *tout à l'heure* &c.

A præsẽti declinant *des aujourd'hui*, *des maintenãt dès à presẽt* &c. quę respõdẽt Gręcismo ἀπὸ τοῦ νῦν

Sed ad eundem modum *des* aliis vocibus apponitur *Dés avanthier, dés l'année passée* &c.

Adverbia futuri temporis.

Incontinent, *tantost* } mox } *Puis* ex post, nã & *puist* audent quidã scribere. *puis aprez* postea.

desormais, *ciaprez*, *d'ici en avãt*, *à l'avenir* } in posterũ } *puis haut, puis bas* (ibi *puis ci, puis là*, modo hîc, modo *à toujours* in æternũ *Il t'en souviendra à toujourmais*

par aprez, *au par aprez*, *en aprez* } postea } *tant que*, idem quod *jusques à ce que*, ut *at ten ici tant que je reviẽne* Expecta hîc dum revertar.

aprez, *puis aprez* *mesonan. Les povres gens mourront de faim mesonan, si Dieu n'envoie des vivres des pais estranges.*

Demain cras: *aprez demain* perendie: *le lendemain* postridie.

Præteriti temporis adverbia.

Nagueres aut *naguieres* quasi *nagueres* aut *guieres*.

Devant priùs. *hier* heri

un peu devãt, pauló ãte *avãthier*, *devãthier* } nudius tertius

paravant, *au paravant* } ante *lautrehier*.

par ci devant

parcidevant antehac	*autan* quasi ante annũ.
pieça q. *piece a* dudum, diu	*autrefois* aliâs, ut *Vous avez eu autrefois plus d'amis que maintenant.*
ja pieça jampridem	
jadis olim.	

Et quæ nominibus constant, *Il i a bonne espace, long temps i a)(n'a pas long temps* &c.

Item *le passé* sup. *temps.* olim. quamquam nomen videri potest, *Oubliez toute inimitié du passé.*

Devant que, & *premier que* id est antequam.

Verùm quædam ad certum tempus teneri nolunt, cujusmodi sunt

incontinent	*soudain*
promptement	*de longue main*
soudainement	
soudain que	
si tot que	
aussi tot que	
assi soudain que	

Et quæ orationi continuandæ serviunt

lors	tunc	*entretemps*	interea
à lors		*cependant*	
adonc		*ce temps pendant*	
à l'heure		*tandis* quasi tam diu	

Item *en fin, en* vel *à la parfin, finallement* & *finablement.* i. tandem. Et *en fin finalle* id est postremo.

His addes & hæc quæ omnibus temporibus cōstrui possunt.

quand *souvent, souventefois, maintefois* sæpè

toujours aliis *tousiours* — *parfois* / *aucunefois* } interdum

onques ex unquam — *une fois entre autres*.i. quadā vice quodā tempore.

jamais numquam

journellement, pro quo *toudi* apud quosdam audies quasi totis diebus.

Hic etiam monere libet nominibus nos plerumque uti, veluti cùm dicimus, *de jour en jour, de jours en jours* in dies: *votre absence m'a duré un monde* id est *fort longuement*. Item *volontiers* & *communement* pro *fort sovent* usurpari.

Postremò observari possunt hæc certam temporis speciem notantia, quæ omnibus temporibus adjunguntur, *matin* manè & vetustè *main* (à quo *demain* & *aprez demain*) usus propè ejusdem cum Germanorum morgens: *soir* serò etsi: hæc nominum more quandoque capiuntur:

tempre, tempori: *tard* serò. *Vépre, soir, matin*, ut dixi nomina videri possunt, *au vespre, au soir, au matin*, quemadmodum *de jour, de nuit, àmidi, à minuit, au dejuner, au diner, au reciner, au souper* &c.

Consilium est hîc dierum nomina recensere, nō enim longè ab adverbiali natura absunt, *Lundi, Mardi, Mécredi, Iendi, Vendredi, Samedi, Dimenche*.

Adverbia perpetui temporis *toujours* & *jamais* per adynata Poëtæ persæpè reddunt, veluti *Tant que le feu sera contraire à l'eau* id est *toujours*. *Plus tot la guerre au loup fera l'aigneau* id est *jamais*.

Quæstionis

Quæstionis adverbia

Interrogatio varia est: quærimus enim de loco, tempore, quantitate, qualitate, caussa, ratione seu modo &c. ut *ou est votre livre? d'ou venez vous? par ou le ramenerez vous?* Verùm vis interrogandi pendet hîc ex structura orationis, Sequentia vix ab interrogatione separari queunt,

quand quærit tempus.

combien quot, quanti, quamdiu, ut *Cõbien estes vous?* quot estis? (stimas?

Combien faites vous cela? quanti hoc inscribis aut æ-

Combien i'a il qu'il est revenu? quamdudum aut quam diu rediit? pro hoc etiam invenies *quant bien long temps i a il qu'il est* &c.

pourquoi? comme quoi? cur, quare?

comme & frequentius *cõment*, quomodo? His alioqui succedunt nomina hoc pacto, *á quel propos, á quelle cause & raisõ* .i. quam ob causã. *En quelle sorte manie re et façon?* quo modo? *par quel moië* qua via & ratione?

Si interrogationi referendæ subservit, *vous deman dez s'il est ainsi*, quæris an ita sit.

Asçavoir mon, utrum.

Sed Interrogationis energia ex pronominum aut notarum impersonalium situ dependet, sicuti ex præmissis colligi potest.

Responsionis adverbia.

Duplicia hæc sunt. voces .n. hujus ordinis quę in responsiones cadunt sunt aut affirmantes aut negãtes.

Affirmandi Aduerbia.

oui, vel *oi*: *oui bien*, *oui dea*, *oui certes*.
Certes, *certainement* *veritablement*
asseurément *vraiment* aut *vraiement*;
aliis *verament*, rudiores *vrament* efferunt.
mon vel *mont* pro *mout* latinè maximè, ut *c'est mon*, quamquam duci videtur ex Græco *μέν*, quod certè & quidem significat.

Affirmamus per nomen cum præpositione, ut *en verité*, *en bonne foi*, *à la certe*, *sans doute*, *sans faute*. Vel utimur verbis. *Ie vous affie*, *asseure*, *promez*, *jure & atteste qu'il est ainsi*. *Ie vous avise qu'ainsi va le cas*. *Soiez en seur*, *certain & asseuré*. *N'en doutez pas*. *Ie le vous di sans moquer ne mentir*.

Negandi Adverbia.

Non, *nani*, & *nanin* absolutè in responsione.
ne semper præit verbis nec ab iis divellitur unquã.
non pas, ut *prenez qui voudrez*, *mais non pas moi*.
nullement nullatenus: *nullement du monde* nulla prorsus ratione.

Ad quæstionem *Avez vous fait cela*? respondetur negantivè sic, *nani*, *nanin*, *non* absolutè sine verbo: aut explicatè & resumto verbo *Ie ne l'ai pas fait*. Verum *non* quandoque cum verbo conjunctum reperitur, veluti cum imperata facturum me nego, *fai cela*, R. *non ferai*. Sic *non feras* *non fera*, *non ferons*,

non

non ferez &c. *Non faites. non fais* non faciatis, non facias. Interdum etiam per emphasim verbo postponitur, ut *Ne pense point non qu'on face grand conte de tes semblables.*

Secundariæ negotiones sunt *pas*, *point*, & *mie*, quę cæteris ratior est nec quasvis orationes ingreditur. Secundarias voco, quia alia consuevit verbo preponi, quod harum una sequitur, ut je *ne parle point* aut *pas de vous: Außi ne parloi-je mie de lui.*
Sed de his deque quibusdam loquendi formis (ut sunt, *le n'oi goute, Ie ne voi goute, le n'i vis ame, homme personne, le n'i trouvai rien* &c.) planiùs alio loco differam.

Honestę negationis & urbanæ correctionis formæ, quibus veniam præfamur sunt, *Pardonnez moi je l'ai oui conter d'autre sorte. Sau' votre grace je l'ai laissé dire tout autrement. Ne vous déplaise je sui le contraire. Le contraire sous votre correction est plus vraisemblable* &c.

Iurandi Adverbia.

Cui turpes vetitique jurãdi modi aut blasphemiæ cordi sunt, alium is magistrum quærat: ego eas tantùm formulas, quibus sine gravi delicto nostrates utuntur, propono & explano.

Medius il est ainsi, conjectura est ex latinorum medius fidius prômanasse. Aut sanè à Græco-

 rum

rum *μὰ δία*, unde & neganter dicimus *Medius non*, *Medius nom* aut *nanin* & *ma dia nani* &c. Quamquam fortasse haud absurdé dixeris compositam vocē ex *m'aist Dieu*: etenim dicere solemus *ce m'aist Dieu* pro *ainsi m'aide dieu*, vel *à ce m'aide Dieu*.
Oui dia, etiam certè)(*nanin dea* minimè verò.

Vocandi adverbia

hé, *heu*, *hau*, heus.
hola, *haula*, *hola hau*. his utimur cùm locum aliquē ingressi & neminem videntes cupimus aliquem prodire. Secùs verba imperativi modi adhibemus, *écoute* vel *acoute*, ausculta, audi: *vien ça* huc ades: aut pluraliter *écoutez*, *venez ça* audite, adeste. Vel (quod urbanius est) proprio aut amico nomine cōpellamus. Errant porrò qui ô vocandi faciunt adverbium.

Demonstrandi adverbia

Voi Imperat. est verbi *voir*. Componitur cum *ci* & *la*: *voici*, *voila* id est ecce. Sed hoc de re viciniore, illud de remotiore dicitur.
ainsi, sic: *tout ainsi*.
tellement, *en telle sorte*.

Hortandi adverbia.

Sus, *orsus*, age, agedum.
avant, *ora vant*. *Hai*, *haiavant*. Sunt & alia quibus

incitamus

Incitamus aut animum addimus, ut *avant avant, debout debout, de haît, là là, courage, courage enfans, teste teste* &c. duobus postremis cohortamur ad militarem virtutem, & ora in hostem convertenda.

Quantitatis adverbia

Beaucoup, mout, planté, prou multùm.
force, sine genitivi nota, *force argent* multùm pecuniarum. *un peu, un petit, quelque peu*, aliquantum, aliquantulùm.
peu, trop peu parum.)(*trop* nimium.
assez satis.
tant, tantùm, *autant* tã multùm: *autant que*. i. quãtũ.
Combien? quantũ aut quanti R. *autant* tantũ vel tãti.
davantage, plus id est magis, plus.
moins, point, tant minus.
Pas & *point* universè négantes particulæ videntur quantitatem includere.
Fort & *bien* etiam quantitatem significant, *Il est fort povre & bien arogant*, & simul *Il est bien fort ivre*.
Huc etiam referes *moiénnement* & *entredeux* quibus media cùm qualitas, tum quantitas designatur.
Pleraque hujus generis genitivos exigunt, ut *beaucoup de parolles, peu de sagesse*, loquentiæ multùm, sapientiæ parum.

Qualitatis adverbia

bien benè.)(*mal mallement*, malè.
mauvaisement, malicieusement maliciosè

facilement

facilement facilè.) (*difficilement* difficulter &c. Pleraque in *ment* exeunt formanturque à fœmininis aut communibus adjectivis ut

saint, sainte, saintement *sage, sagement*
courtois, courtoise, courtoisemēt *juste justement*
heureux, heureuse, heureusemēt: *miserable, miserablemēt*

Sed quædam patiuntur syncopen: ea sunt ferè omnia in *ant* desinentia.

prudent, prudentement & *prudemment*
ardante, ardantement & *ardamment*
ignorante ignorantement & *ignoramment*
vaillante, vaillantement & *vaillamment*
plaisante, plaisantement & *plaisamment*

Fœminina pure desinentia videntur ultimam aspernari vocalem ut

hardi hardie hardiment
privé privée privément
aisé aisée aisément &c. etsi reperies *hardiemēt*, *privéement*, *aiséement* & similia, in quibus *e* vocis fœmininæ non exauditur, licet in versu, illius sæpe ratio habeatur.

Nec omitti debent comparativa *mieux* meliùs.) (*pis, pire* & *pirement* pejus. Comparativorum autē talis est usus,

moins savant minùs doctus) (*mieux appris*.
faites ceci au, vel *le mieux que pourrez*.
Ie le ferai au moins mal qu'il me sera possible &c. quibus ademto articulo absurdus relinquitur sensus.

Voluntatis

Voluntatis adverbia

volontiers libenter   *malgré* q. d. mala cum gratia,
volontairement sponte *envi*, ægrè

Forsan etiam hujus loci fuerit *a gran peine* quasi *à grande peine* id est vix, summo cum labore.

Voti adverbia

ut *vive, vive le Roy*, vivat rex.
qui vive? id est cui vitam & fœlicitatem precaris, vel quarum es partium?

Admonendi adverbia.

gare. hac voce monemus aliquem ut secedat, sibique à telo aut re periculo juncta caveat. Aliâs per verbum *garder*, unde profluxisse suspicio est, reddi consuevit, *garde toi, gardez vous*. Vocula *gare* simpliciter utimur nisi, quod interdum accedat vocancandi particula, ut *gare hau*.
arriere seorsum, eundem pene usum sortitur.

Prohibendi adverbium.

Vnicum est, *ne*, scilicet, ut *ne chante point* ne cantes: *ne crie pas* ne clames: *ne le dis à personne* nemini dixeris. Inhibitioni etiam futurum Indic. aptum est *Tu ne feras point cela*. non facies hoc, pro *ne fai point cela*. Minax est inhibitio hæc oratio implicita, *Si hardi*, pro *si hardi ne sois, Ne soi pas si hardi*.

Optanti formæ.

Optandi

Optandi Adverbium quod Latino utinam respõpondeat, nullum nobis est, sed periphrasibus utimur hoc modo.

Pleut à Dieu que, Dieu vueille que, Dieu doint que, Dieu face ou permette que, A la mienne volonté que &c. quæ formæ & consimiles ex Inflexionum paradigmatis intellectæ sunt.

Exclamandi adverbium.

Est ô vehementi spiritu emissum, ac veluti ex imo pectore ductum, ut ô *Dieu immortel?* ô Deum immortalem? *ô la pitié?* ô rem miserandam? Interdum tamen ô omittitur, ut *Dieu immortel?*

Numerandi Adverbia.

Combien de fois? quoties? Respons. *une fois* semel, *deux fois* bis, *trois fois* ter, *quatre fois* quater &c. *Cent fois* centies, *deux cent fois* bis centies &c. *mille fois* millies. Sed *million de fois* dices, non autem *million fois.*

Sic *souventefois, maintefois,* & per nomen *plusieurs fois* id est sæpiùs. *toutes & quantes fois* vel singulariter *toute & quante fois* id est quotiescumque.

Ordinis adverbia.

Premierement, secondement, tiercement, quartement, quintement, sextement, nec ulteriùs hoc modo proceditur. Est & periphrastica elocutio, *en premier,* & *en prent,* quasi ἐν πρώτῳ (nam numerando loco *un* frequenter *prent* dicimus) vel *pour le premier, pour le second* aut *pour le deuxieme, pour le troisieme, pour le*

quatrieme

quatriemé &c. *pour le centiéme* nec ulteriùs. Liceat obiter hoc loco monere, nostra nomina cardinalis numeri etiam ordini inservire, veluti, *il i ia deux heures que je suis ci*, hìc jam duas horas fui. *Votre maitre reviendra à deux heures*. Pręceptor tuus revertetur hora secunda, & sic de cæteris.

Ordinalium adverbiorum vices obeunt hæc *puis*, *puis aprez*, *en aprez*, *en outre*, *d'avantage* & dictio *Item* in rationibus usitata.

Congregandi adverbia.

ensemble, *ensemblement*, simul
pareillement pariter
quant & quant lui unà cum ipso. *Fronc* congregationem quoque significat & prę se præpositiones exigit, *Deux de fronc*, bini, *trois de fronc* trini &c.

Separandi adverbia.

separément, *separèement*, *à part* separatim.
arriere procul,
à l'écart seorsum.

Similitudinis Aduerbia.

semblablement, *pareillement* similiter.
tellement tali modo.
comme uti, sicut, *comme vous dites* uti quidē narras.
ainsi sic *ainsi va l'affairé* sic res habet.
en, *il parle en maitre* imperiose, & ut dominum decet.

Discriminis adverbia.

presque

presque { ferè, penè. *peu s'en faut* } parũ abeſt qui*n*
quaſi { *que* }
à peu prez propè. *n'agueres à dire*
tant s'en faut, tantùm abeſt.
Il i a autant à dire que du blanc au noir.

Dubitandi adverbia.

poßible, peut eſtre, fortè
paraventure, par fortune, d'aventure, de cas d'aventure, de cas fortuit &c.

Intendendi

Ad intendendam præcedentem orationem adhibentur
voire que plus eſt, ac quod magis eſt.
d'avantage }
outre ce }
d'abondant } prætereа
en outre }

Verùm temporis adverbia intendit dictio *tout*, ut *tout maintenant, tout incontinent*: & qualitatem *tout démeſurément*. quemadmodum *droit* determinat loci adverbia *droit là* &c. *Tant* & *ſi* augent adjectivorúm ſignificatum *Il eſt ſi povre qu'à grand'peine a il du pain à manger*. *Il eſt ſi ivre qu'il ne peut marcher.*

Concedendi

Formas concedendi attexui, ut cum occurrent facilius

facilius percipiantur. Sunt itaque hujusmodi,
bien qu'ainsi soit, sit ita sanè.
posez le cas qu'il soit ainsi, ponas ita esse.
quand vrai seroit, etsi verum esset &c.
Nonobstant qu'ainsi fut, licet sic se res haberet.

Comparandi ratio

Nominum more comparantur Adverbia

hūmainement	*plus humainement*	*treshumainement*
justement	*plus justement*	*tréjustement*
matin	*plus matin*	*trématin*
tempre	*plus tempre*	*trétempre* &c.

Exceptis

bien benè	*mieux* meliùs	*trébien* valde benè.
mal malè	*pis, pire* pejùs	*trémal* valdè malé.

Invenies porrò & pro *mal mallement* & pro *pire pirement* sed diverso aliquantum sensu.

beaucoup / *mout* } multū *plus* / *d'avātage* } plus *fort beaucoup* plurimùm

peu parum, *moins* minùs, *trépeu* valdè parum.

Sed & Comparativus intenditur ac superatur accedente dictione *encore*, ut *encore moins*, *encore plus*.

Significatio facilè testabitur quæ comparari queant, ratio item cùm figuræ, tum speciei nota iis fuerit, quibus hæc scribuntur, quare ad Conjunctiones venio.

DE CONIUNCTIONE.

In hoc ordine significatio potissimùm seu potestas spectanda venit: nam de figura quilibet haud magno negocio judicaverit.

Copulativæ Conjunctiones

&, sed *t* nunquam hìc sonat.
aussi etiam, quoque.

Disjunctivæ

affirmanter *ou*, vel.
neganter *ne* aut *ni* id est nec.

Conditionalis

Est una, nempe *si* pro qua veteres *se* scripserunt atque pronunciarunt. Vox porrò hæc interdum pro conditionis vocabulo capitur, ut *par tel si* id est ea lege & conditione.

Causales

Car ex Græca γὰρ, latinè nam, enim.
Pourquoi? causam semper quærit.
Pourtant causam semper docet sequente *que*. Has duas in Adverbiis recensuimus. Reliquæ magis sũt compositæ, ut

pourtant que, pourautant que
pource que, parce que
d'autant que,
à cause que, à raison que
} quia cùm

puis que quandoquidem. quibus similes sunt

à

à raison de quoi, & *au moien de quoi* id est quare, seu quod cùm ita sit. earum usus in conclusionibus potissimus. Etiam Participiis utimur passivis cum vocula *que*, ut

vuque, pourvu que *consideré que*
attendu que, entendu que

Adque etiam his præsentis temporis,
estant ainsi, cùm ita sit
moiennant que dummodo.

Causam etiam denotat *que* cùm dico, *gouvernez vous bien qu'on ne vous donne congé. Apprenez bien que ne soiez foüetté* &c. nisi subintelligas voces *craignant, depeur*, aut similes, quibus communiter sic utimur, *craignant* vel *depeur que mal n'en avienne*, id est, ne inde malum oriatur.

Exceptivæ

sinon, si n'est, si ce n'est nisi.
fors que, idem.
autrement aliâs.

His accedit *que*, ut *Il n'i a que trois personnes. ne plus ne moins*. Item adhibentur Participia præterita *excepté*, & *hors-mis* cum fœmininis *exceptée, hors-mise*.

Adversativæ

Mais
ains } sed
ainçois

nonobstant que

or, autem *au moins*, at
Combien que *à tout le moins* ſaltem
encore que *neantmoins*, nihilominùs.
jaçoit quaſi *jaſoit que*

Illativæ
donc, donques, ergò, igitur.
parquoi quamobrem.

DE INTERIECTIONE.

Interjectionem ab Adverbio Latinorum Grammaticorum exemplo ſeparo, quò præceptionum ſeries magis ſit diſtincta. Sola ſignificatio hic ſpectatur.

Vocum hujus ordinis uberrimus eſt proventus: ſed illarum aliæ conſtanter ſuum ſignificatum retinēt, aliæ pro vario vocis tenore vel ob cōduplicationem illud commutant, ut ex ſequentibus erit colligere. Sūma igitur prolationis ratio habebitur.

Ha remiſſè ſi proferatur mœrorem ſignificat, ut *ha quelle facherie*. At ſi validiore ſpiritu emittatur animi ira perciti atque minitantis eſt, ut *Ha mechāt, tues mort*. Porrò ſi geminabitur riſui lætitiæque ſerviet, *ha, ha, ha, ha: ha, hà, hé* &c.

Helas dolentis eſt, ut *Helas, il eſt mort*. utimur & hac voce in ſummas adducti anguſtias quaſi ſupremam opem implorantes, ut *Helas, Helas que ferai-je*

Eſt

Eſt & commiſerantis, ut *Helas mon enfant tu es taillé d'avoir du mal.* Geminata majorem vim habet magis patheticam.

Lâs parùm à ſuperiore differt, *Las que dirai-je? las que devendrai-je?* Ingreditur etiam commiſerationem, ut *lâs mon enfant que tu as de maux a paſſer.*

Ach doloris indicium eſt, *Ach que je ſuis faché & las.* Eandem in Exclamatione doloris habet ſignificationem *Ach moi miſerable. Ach que je ſuis chetif* In Imprecationibus quoque adhibetur, ut *Ach maudit ſoit il.*

ai effertur ut vera diphthongus. Eſt autem vox eorum qui morbi ſymptomata aut externam læſionem non ferunt, *ai. ai: ai vous me bleſſez.* vulgò per *y* ſcribi conſuevit *ay.*

Chou vox eſt ejus quem intenſum frigus aut ſubitus ignis calor malè habet. Sunt qui illa utantur ad abigendas gallinas.

fi deteſtantis aut quippiam averſantis eſt, geminatur plerùmque *fi, fi.* Aut etiam iteratur ſæpius, quod cùm fit augetur ſignificatio. Alii *phi* pingunt nulla ratione.

Hola. etſi hæc dictio adverbiis connumerata eſt, huc nihilo minus pertinet tùm ceſſationem imponit, *hola c'eſt aſſez* ohe jam ſatis eſt.

Hoe ſtupentis eſt, ut *hoe qu'eſt celà?*

hohé, ut *hohé dis le moi,* Eho dic mihi.

Fortaſſe adverbia vocanoi non abſurdè revoca-

 buntur

buntur ad hunc locum, *han, hé, hei*, & compositum *haula* quorum nullus est usus apud digniorem & honoratiorem, nam eorum loco honoris vocabula usurpamus, uti supra monui.
ô votis inservit, ut *ô que j'auroi volontiers fait ceci. ô que je voiroi volontiers encore une fois mon pere.* Præterea operam suam exaggerationi, admirationique navat, ut *ô que de gens de guerre? ô que voila une belle armée.*
tei (effertur ut vera diphthongus) aut *tê* vox est qua canes vocamus, quod per aversantis particulam *ps* aut dictionem *devant* abigere solemus.
Hou suibus arcendis aut abigendis accommodatur.

Sed hujuscemodi voces perplures usus suppedibit, & longè plures quàm lectio: nam non modò gens quævis verùm etiam quælibet persona pro suis perturbationibus peculiares sonos edere cõsuevit. Præterea aurigæ, agasones, bubulci, subulci, quiq; aves docent, aut animalia rationis expertia tractant, & istius farinæ homines multas voces usurpant quas scribendo non facilè expresseris. Porrò iis recensendis tempus terere non est operæ precium.

Non tamen tacitus prætereo sibilum silentii indicium à Terentio in Phormione Act. 5. scen. i per *st* expressum. Sic enim modestiam silentiumque imperamus.

Nec est admodum dissimile quod per *trr* aves abigimus, & per *rr* canes concitamus. Pleres interjectiones

jectiones qui volet, ipse sibi observet: credo enim has sufficere.

Hæc sunt quæ de Etymologia, seu vocum gallicarum accidentibus dicenda habui. Studui autem perspicuæ brevitati quàm maximæ, & in dictionum generibus sive orationis partibus explanãdis, definitionibus descriptionibusque supersedi, nec non cujusque ordinis aliquot accidentia faciliora prudens prætermisi, ne superfluam viderer operam navare. Quod superest spero hunc meum laborem sermonis nostri cupidis iri probatum.

ANTONII CAUCII Grammaticæ Gallicæ liber tertius de Syntaxi.

Scribendi rationem & Etymologiam libris superioribus complexus, ad Syntaxin sermonisque constructionem tractandam devolvor. quam qua potero brevitate & perspicuitate expediam. Cæterùm memini videatur mirum, si diversam à Latinis (à quorum exemplo in simili negocio numquam recedendum censent) methodum instituero: res enim id flagitat, cujus novitas inusitata ne latinè peritos turbet, dabo operam, & maximè compendiosam minimeque implicitam viam ingrediar.

Nominum Constructio

Cum ſubſtantivo nomen adiectivum, participiũ, & pronomen genere eodem, numeroque & caſu cohærent, ut

un bel homme — *une belle femme*
un bon cheval — *une bonne jument*
un beau traquenart — *une belle haquenée*
un haut arbre — *une haute tour* &c. Nec infringũt regulã hãc adjectiva *grand', tel, quel*, aut ſimilia poſita cum ſubſtantivis fœmininis, hoc modo.

j'ai grand' joie — *il a grand' peur*
j'ai grand' fain — *c'eſt grand' honte* &c. ubi *grand'* pro *grande* efferrimus interdum (quamquã ipſum e retineri poteſt, prout voci moderamur) & *tel' quel'* pro *telle quelle* aliquando reperies.

Exceptio.

Pronomina poſseſsionis maſculina *mon, ton, ſon* fœmininis nominibus à vocali inchoatis cacophoniæ vitandæ gratia præponuntur, ut

mon ame, mon eſperante
ton induſtrie, ton ardeur
ſon audace, ſon outrecuidance &c. pro *ma, ta, ſa* ſed hæc generis diſſentio ſolummodò ante vocalẽ locum habet, nam interveniente conſonante dicis *ma povre ame, ta grande induſtrie, ſa demeſurée outrecuidance.*

Item participia Præpoſitionis aut Gerundii loco poſita genere cum Subſtantivis non ſemper conveniunt

niunt: immò à nonnullis dispari numero usurpata inveniuntur, ut *Demandez vous aprez votre sœur? je la vis n'a guieres cerchant ses brebis* pro *cerchante.* Verùm rectiùs feceris si has & similes orationes regulæ subjeceris nulla generis ac multò minùs numeri repugnantia recepta.

Admonitio

Tenenda est ratio nominis gentilicii seu cognominis, quod prænomini (sive nomini) junctum idē ubique manet. Si verò ipsum Nomen supprimetur, cognomini eosdem, quos nomen postularet articulos attribues, cùm individui more accipiatur vicesque ipsius proprii gerat, ut

Ronsard passe tous les Poëtes François.

La poësie de Ronsart obscurcit toutes les autres.

Cet honneur est deu à Ronsart. Quamquam & hæc cognomina interdum pluribus tribuuntur, *les Etiennes, les Richars, les Frobeniens* &c.

Si cognomen pluribus vocibus constabit, duæ illæ aut etiam plures voces unius habebuntur loco, ideoque præmittes seu præpositiones, seu articulos ipsius Nominis, ut

du Bellai est excellent Poëte.

La poësie de du Bellai n'est pas des moindres.

Parlez en à du Bellai. Non ineptè, credo sic conjunxeris *du-Bellai*, ut intelligantur duæ istæ voces unius termini vice poni. Ejus farinæ sunt *Ian du*

moulin, Martin des prez. Guillaume des maretz, Nicolas de la haie, Balthasar des fosses &c.

DE DVOBVS SVBSTANTIVIS.

Duorum Substantivorum alterum genitivo casu ponitur, ut

Le livre de Pierre	*la destinée de chacun*
La ville de Rome	*la nature du vin*
La pierre de Sisyphus	*les richesses de la mer.*

Quò pertinent & verbalia in *eur*, ut

crieur de moutarde	*teneur de raquetes*
cueilleur de pommes	*nieur de dettes*

& similia cum fœmininis. Porrò Nomen genitivo poni, docendi gratia, dico id, cui articuli *de, du, de l', de la, des* præeunt. Si alterum nomen quantitatis fuerit, *de* genitivo præponemus, reliquas illas voculas non usurpabimus, ut

Envoiez moi un ponçon de vin.

Trenchez moi une piece du pain &c. Nec hîc *du* locum invenerit, nisi fortè orationem imperfectum pendere velis, & aliam ad sensum absolvendum expectari hoc modo, *j'ai bu une pinte du vin que m'avez envoié*, id est *de ce vin la que m'avez envoié*. Et fœminino genere, *faites moi venir une aiguiere d'eau* non autem *de l'eau* nisi pendēte sentētia, veluti cùm addo *que vous dites estre si pure, nette, & bonne* &c.

De

De horum Articulorum usu plura in Etymologia. Sed interdũ negligitur & dissimulatur Articulus, ut
L'Eglise notre Dame *La rue S. Michel*
La porte S. Denis *Le feu S. Antoine* &c.

Id ferè usu venit circa Divorum Divarumque nomina, quibus cùm sanctitatis nomen persigatur, additis articulis expeditiores linguæ motus remorarentur: ideoque illos omitti auguror, ut volubili linguæ consulatur, & brevitati: quamquam deliquisse haud judicabitur qui retinuerit *La vie S. Marguerit* aut *de S. Marguerite* & sic de superioribus aliisque similibus.

Aspernantur etiam Articulos, qui animis percitis & blasphemis Dei virtutem aut membra testantur, sic *Par la vertu Dieu*, pro *vertu de Dieu*. cùm etiam præpositio *par* omitti ab hujusmodi hominibus soleat, non secùs ac articulus prior.

Verùm enimverò non sunt imitandi qui Mensium nominibus detrahunt artic. *de* dicentes, *le sixieme Iuillet, May* pro *de Iuillet, de May* &c.

De Appositione.

Excipiuntur quæ per Appositionem dicuntur, illa enim nullis articulis assumtis invicem apponi cõsueverunt: ita tamen ut Appellativũ ferè subjiciatur, ut *j'ai vu Paris ville capitalle de France.*
j'ai esté à Bezançon ville d'Empire, plaisante & fertile de vin. Sic *Charles Empereur, Henri*

Roi

Roi de France &c.

His & similibus resolvendis adhibemus qui est.

Nota non abs re dictum esse Appellativum subjici oportere: non etenim Latinorum vestigiis ita insistere licet, ut verba verbis reddantur, singula eodem prorsus modo & ordine. Nam hæc illi conjungunt urbs Roma quæ reddimus extra Appositionem juxta duorum Substantivorū Syntaxin, *la ville de Rome, la cité de Rome.* Romulus urbem Romam condidit *Romule a bati la ville de Rome.* urbs Roma fuit caput orbis terrarum *La ville de Rome a esté chef de tout le monde.* & sic de cæteris.

Si verò proprietatem decernentes personarum, officiorum dignitatumque discrimen innuimus, Substantiva sic cœünt, ut alteri rectus articulus numquam mutandus (etsi prius suum commutet) præfigatur, ut.

Monsieur le President le veut ainsi
Tel est le vouloir de monsieur le President
Vous vous en devez r'apporter à monsieur le President.

Similia sunt *Monsieur le Greffier, Monsieur l'Avocat, Monsieur le Conseiller, Monsieur le Curé, Monsieur le Docteur* &c. Quo modo dicimus *Dieu le Pere, Dieu le filz, Dieu le S. Esprit.* Vitium non leve admiseris, si Articulum repudiaveris.

Omiseram propè idem observari inter substantivum & adjectivum proprietatem seu discrimen notans, veluti *Ian le grand, Pierronne la noire, Nicolas le*

roux,

tous, Ianne la belle &c,

Postremò notatu dignæ locutiones videntur eæ, quæ inter duo substantiva discriminis gratia *de* recipiunt, ut

Le bon veillart de Conte répondit qu'il en estoit content.

Le bon veillart d'hermite fit réponce qu'il eut à faire penitence.

Quod & usu venit ante substantivum quod duo adjectiva antecedunt, ut *Le gros enflé de conseiller ne daigna ouir ma demande*, quæ orationes patheticæ sunt (& præsertim postrema) intenduntur que adjecta clausula *qu'il est.*

Modus quærendi quid quidque sit.

Fuerit operæ precium hìc observare quærendi rationem, qua quid quicque sit quæritur: non enim Latinorum more effertur, sed assumitur de hoc modo

qu'est ce de sagesse?	quid est sapientia?
qu'est ce de vaillance?	quid est strenuitas?
qu'est d'Antimoine?	quid est Antimonium? &c.

Sed plerumque arcessitur particula *que*, ut *qu'est ce que de sagesse vaillance, Antimoine?* &c. eodem prorsus sensu. Sic *que savez vous que c'est d'avoir mal?* vel *que savez vous que c'est que d'avoir mal?* seu *du mal, Ie n'entendis onques que c'estoit de sedition*

(aui

(aut que de sedition)avant que fortune m'acheminat en A. Il apprendra, s'il vit longuement que c'est que de miseres. Vous ne sauez pas si tot que c'est de moi vel *que c'est que de moy* pro *que je suis*,vel *que je suis.*

Quamquam aliquando cum vox de qua quæritur verbū ãte cedit,omittuntur,*de* & *que* hoc pacto, *Antimoine qu'est ce? Liberté qu'est ce?* &c.

Alioqui rei definitionē aut vocabuli descriptionē quærentes verba alia usurpamus in hunc modum
qu'appellez vous sagesse?
Comment & sur quel sens prenez vous ce mot?
que veut dire & signifier ce terme?
qu'entendez vous par oisiveté?
que signifie ceci? & similia.

DE ADIECTIVIS.

In Substantivorum naturam migrant Adjectiva sine illis posita,ut *une vieille. La bonne vieille ne savoit que devenir. un voisin, un bon voisin te servira de garde.*
quelque chose de bon aliquid boni.
quelque chose de certain aliquid certi. Has locutiones Latini Atticismos vocant.

His accedunt adjectiva pro abstractis accepta, *j'ai froid, tu as chaud.* Et hæc, *Il fait aujourd'hui beau, mais il fera demain laid. Il fait obscur, il fait cler* &c.

atque

atque etiam alia pleraque articulis præfixis, ut *Retenez le meilleur, & jettez le pire au loin. Les méchãs seront punis en l'autre monde. Les povres sont communement rejettez & méprisez des riches* &c. ubi haud difficulter substantivum intelligitur *hommes* aut simile. Nisi voculam *les* resolvas in *ceux qui sont*, & *des* in *de ceux qui sont* resolvi placeat.

Porrò orationes hæ

j'ai tant peur qu'il n'est point à dire.

j'ai tant soif que je n'en puis plus

j'ai tant froid que j'enroidis & id genus aliæ ellipticæ sunt & implicitæ: subintelligitur enim dictio *grande, grand*. Quod hîc eò disputo, ne quis existimet voculam *tant* adjectivum esse, cùm tantummodò intendendi sit adverbium, non secùs ac *si* cum quo vicissim potest commutari, ut *c'est merveille que je suis si froid vu que tu es tant chaud*, vel *que je suis tant froid, vu que tu es si chaud.*

Et hæc quidem de Adjectivis Substantivorum vices obeuntibus dicta sufficiant: nunc ad illorum regimen veniendum.

ADIECTIVORVM regimen.

Iam libet dispicere qua ratione Substantiva ab Adiect.

Adjectivis regantur, quod quàm brevissimè & apertissimè potero faciam. Primùm itaque Adjectiva quantitatis cum Substantivis certæ ac definitæ mensuræ simpliciter ponuntur, ut
quatre pieds, long, *deux doiz épés*
une tour 150. *toises haute*
un homme huit condées haut. Potest tamen & *de* interjici hoc modo, *Il est de quatre pieds long.*
Il est long de quatre pieds & d'avantage. Quas locutiones sic etiã traducimus, *Il a quatre piedz de long,* *Il a quatre piedz en longueur* aut *de longueur* &c.

Reliqua ferè Adjectiva Substantivis construuntur mediantibus particulis *de, du, des*, aut *a, au, aux*: has dativi, illas genitivi notas esse jam intellectum est.

Adjectiva genitivo constructa, id est cum nominibus mediantibus voculis *de, du, des* posita.

1. Quæ copiam aut inopiam significant genitiuos exigunt earum rerum quarum notatur quantitas aut defectus, ut
un homme plein de joie, recreation, services, espoir, vertuz, riche d'état, d'argent, de betail, de terres & possession, povre & leger d'argent, riche du povreté.
Il porte en un ventre plein de cuisine un cœur plein d'orgueil, outrecuidance & envie.
Il est farci & rempli d'ordure: Sa langue est pleine de venin.

2. Eandem

2. Eandem constructionem postulant Adjectiva desiderii, invidentiæ, dignitatisque & contra, ut
desireux de nouveauté envieux du bien d'autrui
convoiteux de l'autrui aise du mal d'autrui
Digne d'amitié & faveur. Indigne de compassion & merci.

3. Genitivis item partitiva gaudent, ut
lequel de vous deux? un de vous.
lequel de la troupe? nul de vous tous.
qui est celui de la compagnie, qui &c? nul du monde.
Inseri etiam potest præpositio *entre*, ut *lequel d'entre vous?* sed non semper, nec.n. dixeris rectè *Personne*, aut *nul d'entre le monde*: qua quidem voce si forte uti voles instituenda erit analysis hæc aut similis *Personne d'entre tous ceux du monde*, vel *d'entre tous ceux qui sont au monde.* Retineri nihilo minùs genitivi nota debet.

4. Similis est Comparativorum partitivè significantium ratio, ut
Le plus sage de vous, vel *d'entre vous.*
Le plus savant de l'école, vel *d'entre ceux de l'école.*
La plus belle de la danse, vel *d'entre celles de la dãse.*
Illa autem gradus comparativi nomina, quibus uni unum aut pluribus, vel etiam plura pluribus conferuntur, aliter construi solent: nam repudiato articulo conjunctio *que* assumitur sic *N. est plus fin que toi, voire que vous tous, il vous meneroit bien noter. Ces trois ci sont plus doctes & lettrez que ces trois autres.*

Hæc fusiùs in Etymologia placiusque disputata reliqui.

5. Causæ efficientis nomen adjectiuo effectus mediantibus genitivi notis adjicitur, ut

rougè de honte *palle de crainte*

bleme de maladie *las d'aller, de chanter, de travailler, d'écrire, de lire* &c. hic Infinitum verbum subjici vides. *Du* & *des* & quæ ejusdem sunt cum priore significati *de l', de la* locum sortiuntur in sententia bimembri, verbi gratia:

Il est encore las du voiage qu'il fit passez huit jours.

Il est encore pers des soubrecoups qu'il reçut la sepmaine passée.

6. Adjectiva qualitatis regunt nomina partium quibus ea inesse dicitur in genitivo, ut

habille du pied *Legier de la main*

joli de corps *gentil d'esprit.*

honnette de maintien & contenances. Huc referes corporis vicia tam innata quàm comparata, ut

boiteux d'un pied *affolé d'un bras.*

borgne d'un œil *sourd d'une oreille.*

7. Eandem constructionem & adjectivis curæ tribues, ut

soigneux de son devoir.

Non challant de son salut

Negligent de son honneur. Sed etiam dices

Negligent

Negligent sur son honneur, & Non challant touchant sa bonne renommée &c. *Diligent* autem nititur præpositione *en.*

Il est diligent en tout ce qu'il entreprent.

Adjectiva Dativo constructa, hoc est substantivis addita intercedentibus particulis *à, au, aux.*

1. Similitudinis, affinitatis & commodi adjectiva eorumque contraria dativis apponuntur, ut

Il est plus semblable à sa mere qu'à son pere.
Le votre est pareil au mien.
Ceci ne t'est pas si profitable qu'à autrui
utile à la Republique
Inutile a toute chose.
Il vous est plus proche qu'à moi. Sed cum id de loco intelligitur alia opus est constructione *Il est plus proche de vous que de moi.*

Huc referri debent omnia illa adjectiva, quibus aliquid alicui tribui adimive dicitur, ut

Le juge vous est favorable & point à votre adverse partie.
Seigneur sois moi secourable.
Il lui est fort ami sed substantivè. *Il est grand ami de lui.*
Il est amiable & serviable à tous
Il se montre affable aux uns, & aux autres severe & difficile. Verum interdum harũ vocularũ loco

utimur præpositione *envers Il se montre amiable & affable envers tout le monde.*

2 Quæ inclinationem, aptitudinem, promtitudinem & contra significant, præponuntur aut Infinitivis insertis genitivi notis, ut

Nous sommes plus enclins à mal, qu'à bien
Habille au baton, vitte à la course
Idoine à la charrue
Adroit aux armes, cum compositis *bien-adroit, maladroit.*
Propre à tout.
Prest à louer, prest à mépriser.
Plus enclin à nuire & mal faire que bien.

Sed Infinitivis tantùm à præmitti potest, nisi forsan in nomina degenerent.

Prædictis tamen annumerabis adjectiuum *bon* cujus eadem constructio est finemque denotat, ut

Voila qui est bon à telle chose, vel *à faire telle chose.* et si inter id & verbum recipi possit *pour. Voila qui est bon à* vel *pour manger.*

Nota finem in quem res aliqua destinatur, hac efferri ratione.

Quædam cum *en* constructa.

Quæ noticiam aut eruditionem notant, collocãt præpositionem *en* aut *es* antè sua substantiva, ut

Docte en Philosophie · *Expert en medicine*
Versé es Saintes lettres *Savant en sa faculté*

Suffecerint

Suffecerint opinor, quæ de Nominum constructione disserui, sunt enim præcipua. Restat de eorum collocatione sententiam ferre & docere utrum alteri priorem locum in oratione cedit: nec.n. omnia temerè transponere licet, sed quid usus patiatur advertendum est. In quo hoc diligentius enitar quòd intelligam hic complures labi & hæsitare.

DE ORDINE SVBSTANTIVI & adiectiui.

Naturæ ordo adjectivo priorem: substantivo posteriorem locum decernit: nam stubstantivo audito vel lecto consistimus, sensumque jam colligimus: ubi verò adjectivum inaudivimus, sensus nostri expectatione veri vocabuli suspensi tenentur, & tantisper legendo progredimur, dum inveniatur, cum sine eo sententia elici aut constare non facilè queat. Verumenimverò quia usus, quem profiteor, & ex quo hæc omnia testor syncerè depromta, hunc ordinem invertit, aliamque interdum rationem imponit, paucis hanc quæstionem explicare studebo, ut non quid ratio, sed quid usus patiatur elucescat. Itaque

Substantivis præponuntur Adjectiva

1. A quibus illa quoquo modo reguntur, veluti *desireux de nouveautez. affable à tous. convoiteux de l'autrui, enclin a mal.* Idem de

 Participiis

Participiis pasſivis judicium, *aimé de tous*: *hai d'un chacun*.

2.Et hæc, *grand, gros, bon, beau, bel, petit, povre, mauvais, gentil*

Item *preud, preude*. ut *preudhomme preude femme*,

Sed poſtponentur Subſtantivis.

1. Quæ colorem ſignificant, ut *blanc, noir, rouge, cleret*. &c.

Sic *du pain bis, bourgeois*: *du vin blanc, rouge* &c. cum omnibus horum duorum attributis.

couleur bleu, tanné: non *tannée, bleue couleur* &c.

2. Item quotquot cognominis vice uſurpantur, veluti

Ian le grand	*Marion la rouſſe*
Iaques le noir	*Marguerite la blanche*.

Pleraque præponi aut poſtponi poſſunt. ut *il eſt honnette & ſavant homme, Il eſt homme honnette & ſavant. Voila nouvelle choſe, Voila choſe nouvelle* & ſimilia.

Sciendum tamen eſt, majorem eſſe calami, quàm linguę libertatem: ſiquidem in ſermone cõmuniter naturalem ſequimur ordinem dicentes *ceci eſt admirable, faiſable* potiùs quàm *faiſable* aut *admirable eſt ceci*, quamquam utroque modo rectè dicatur.

DE VERBORVM CONſtructione.

Nominativus ante Verbum.

Perſonale

Personale & finitum verbum antecedit nominativus ejusdem numeri & personæ, ut *je dime, tu dors, il joue. Nous n'avons pas tout ce que voudrions bien. Gloire vous suivra si vous la fuiés. Ilz jouent à la derniere.*

Nominativus aliquando potest omitti.

Submonendi tyrones sunt, verba nostra personalia rarò expressis nominativis destitui: nec enim Latinos hac in re sequi possumus, qui superflua plerumque judicant pronomina finitis adjuncta, cùm amo, cano, salto, dormis, litigas, ludit &c. satis intelligantur tacitis pronominibus ego, tu, ille &c. quæ quidem sine pronominibus reddere nequimus ob minùs certas minusque discretas personarum terminationes. Dicimus itaque *j'aime, je chante, je danse, tu dors, tu étrives, il joue* &c. quæ pronomine sublato intelligi non possunt.

At secundę plurales voces, quæ peculiariter desinunt, id est in *ez* pronominibus sæpius carere possunt quàm reliquæ, ut *Ie voudroi que puißiez obtenir tout ce que desirez. A la mienne volonté que fußiez auprez de celui, à qui avez fait offre de voz beautez.*

Nominativus quando omitti debeat.

1. Personalia pronomina *je, tu, il* & eorum pluralia post copulativas aut disjunctivas conjunctiones verbis non apponuntur, essetq; ingrata repetitio, ut *je le conoi & lui porte bonne affection.*

tentione reſumi in depulſione: ea ſunt *ettre, avoir, faire*, extra Infinitivum modum. Reliqua autem verba depellentur aſſumpto verbo *faire* ſic

Vous lui dites injures Depulſio *non fai*

Vous vous allez rendre es mains de voz ennemis Depulſio *non faiſons* &c.

3. Nominativos reſpuit & Imperandi modus: præcipientes enim aut vetantes quippiam, nudo verbo utimur, ut

Faites le bien, & laiſſez le mal.

Dormez, veillez, chantez, ne dites mot.

Vien ça, vas là &c. Si pronomen acceſſerit nominativi caſus, modus mutabitur: etenim ſi præceſſerit, enunciatio erit, ſin ſequetur, quæſtio, velut *Vous dormez. Dormez vous?* Denique ſi nomen aliquod apponetur, certo certius teneto id cum verbo non conſtrui, ſed aut vocativi caſus eſſe, aut certè nominativi, ſed per Emphaſin aſſumtum, ut *Iaques vien ça. Fai cela toi. fais le toi même. Ian vas là, Vas i toi même.* De quibus non eſt obſcurum judicium.

Alias Nominativi verbis expreſsi adhærent, quibus in ſimplici & enunciante oratione præmitti, in Interrogatione vero poſtponi debent, ut *Vous dites vrai*, Inter. *Dites vous vrai?* Verùm de his ſuo loco fuſiùs diſputandum erit.

Nominativus cum verbo perſonali non ſemper ejuſdem perſonæ.

1. Duo ſingularia conjunctionis copulantis beneficio æquipollent plurali ſervata conceptionis lege, ideoque verbis pluralibus præeunt,ut

Toi & moi ferons ceci.
Toi & mon frere nous viendrez voir.
Le tien & le mien ſont enſemble.
Mon maitre & ma maitreſſe ſont en bon point.
Ton couſin & moi te conduirons ſeurement.

2. Diſcrepant & alia quædam numero : nam collectiva ſingularia verbis pluralibus apponi poſſunt, ut

La plus part de voz gens ſont tuez, ou pour le moins navrez, pro *la plus grand' part de voz gens eſt tuée ou navrée.* Nec aliâs numerorum diſcrimen admittitur:non enim imitandi ſunt Auſtraſii,Sequani, ac aliquot Galliæ populi in hanc regulam peccantes, & contra noſtrum morem ſermoniſque puritatem dicentes,

Si je n'i euſſions pourvu d'heure je ſerions maintenant en grand d'angier.
j'irons voir ce que c'eſt
j'i mettrons tel ordre qu'il faudra &c. ubi nominativus ſingularis, verbo plurali non aptè præfigitur. Itaque gallicanæ elegãtiæ ſtudioſus ſtudioſè depravatam hanc loquendi conſuetudinem devitabit, dicetque *j'irai voir que c'eſt* ſingulariter, *Nous irons voir que c'eſt* pluraliter &c.

Nominativus poſt verbum.

Nominativus

Nominativus personæ aut rei verbum ejusdem numeri & personæ immediatè sequitur in Interrogatione, ut *que faites vous? dormez vous, ou est il? à qui en veut il? qu'est il devenu?*
Item in Parenthesi, veluti *Tu n'es pas (dit il) bon assez pour le servir.*
Las? (dit elle) que deviendrai-je?
Et cum clausulæ initium faciunt certæ quædam voculæ, in quarum numero sunt, *ce, aussi*, & *si*, ut
Ce feroi-ie trevolontiers, Aussi feriez vous.
Vous devriez faire ceci, Aussi veux je faire.
Si devez vous mettre peine à reconnoitre les services qu'il vous a fait &c. His iisdem de causis Impersonalibus suas notas subjungimus, sed hæc posteriùs viderimus.
Adjectiva nomina, participia aut pronomina cum verbis quibus annectuntur, numero debent & persona convenire, ut
tu en es triste, j'en suis marri. cette pomme ci est pourrie.

Exceptio

1. Dissensio numeri est, ubi verbum plurale pro singulari usurpatur, ut *vous ettes un méchant & malheureux homme*
vous ettez hardi de la langue, & puis c'est tout.
Iaimeroi bien que fussiez plus doux, humain et affable
Vous ettes belle & bonne, bonne & belle et d'avātage si voulez. Nam hic *vous ettes* pro *tu es* honoris gratia

gratia accipimus.

Substantivorum alia est ratio,ideoque regulam illa ingredi nolui.

2. Verbo tertiæ personæ communiter pronomina primæ & secundæ personæ adjiciunt: nam ad quæstionem,*Qui est ce?* respondetur *moi,toi* vel *c'est moi. c'est toi.* Et instantes quærunt *est ce moi? est ce toi?* Adde quod etiam huic verbo est pluralia *nous, vous* subjunguntur,hoc pacto *c'est nous, c'est vous. Est ce nous,est ce vous?* In quibus non personarum modò, sed etiam numeri est diversitas:quam tamen interdũ vitamus dicentes pro *c'est moi, ce suis-je,* & pro *c'est nous, ce sommes nous.* Vel simpliciter respondemus *moi,toi,nous,vous,* &c. His ita præmissis ad verborum regnum delabor.

DE REGIMINE verborum.

Antequam de verborum regimine differam,intellectum volo,non licere mihi per casus (quorum magna est penuria) vagari,aut seriem latinæ Syntaxeos imitari. Quod quamquam ita est,tamen eam ego methodon sequar, quam vel iniquior rerum æstimator,corruptusque judex adprobaturus sit. Ac primo quidem loco expediam quæ nomina,nulla interjecta præpositione,regunt: Deinde quæ mediantibus articulis obliquis aut præpositionibus ad

ciſcunt nomina. Poſtrema erunt ea quæ variam conſtructionem recipiunt.

Caſus docendi cauſa nominabo, etiamſi perpaucos noverim.

Verba cum accuſativo caſu, id eſt cum nomine ſine præpoſitione.

1. Verba actionis tranſitivæ accuſatiuos poſtulant, hoc eſt, regunt nomina nulla præpoſitione inſerta. Ac quidem caſus hic ferè ſemper poſtponitur, eſtque modorum ſingulorum idem regimen, ut
écrire, attendre, recevoir, lire une lettre.
embraſſer, accoler & baiſer quelqu'un.
menacer, tancer, reprendre, battre, punir quelcun.
acheter, vendre, paier, emporter quelque choſe.
Ton frere laboure la terre, & tu bas le pavé
Tu as des biens en abondance, & ta ſœur endure povreté, comment n'as tu point pitié d'elle?
aller ſon chemin, le pas, le trot, le gallop, les ambles, le traquenart pro quo etiam *aller en traquenart.*
faire le maitre, le fol, vel *du maitre, du fol.*
Conſeiller un chacun de bien faire, ſive *à bien faire* &c.

Hæc regula longè latéque patet, cùm huc præcipua noſtra verba revocari queant. Sed quædam interdum ſub hanc cadunt regulam, quæ aliter quoque conſtrui poſsint, ut
Cela touche mon honneur, & *à mon honneur.*

Ce

Ces deux maisons touchent l'une l'autre vel *l'une à l'autre.*
Ie sers mon maitre hero meo servio. *A quoi sert ceci?* quorsum hoc? *Se servir de quelque chose* aliqua re uti,
2. Eodē modo & precii nomē à verbo regitur, velut. *Q. Combiē faites vous cette paire de pistoles? R. 10. écuz. N'avez pas de honte de vendre trois écuz ce qu'il n'en vaut pas la moitié?*
Osez vous bien faire cette paire de couteaus dix solz? Ilz n'en valent point quatre & demi.
Ie n'estime pas deux liars la piece.
Il ne vous estime point un brin, un rien, point cela. Sed etiam aliter efferri potest, ut *cela est à xx. solz*, quod de auctionibus propriè dicitur. *Voila qu'est à vendre pour sept solz.*
3. Huc refer & continuati temporis voces, ut *Avez vous bien là sejourné deux jours? oui bien quatre. Que faites vous tous les jours? ou demourates vous toute la journée? Il partit bien une grosse heure aprez vous.* Et quæ in responsionem ad quæstionem *quand* cadunt, ut *Il revint la nuit passée. Il i alla dimenche dernier. Ie me mettrai à chemin mardi prochain esperant de vous revoir l'an qui vient.* Verùm cùm quæritur tempus accessus aut recessus, plerumque assumitur *à* vel *au*, vel *aux*, ut *Il reviendra à Paques, au Noël, aux Quarémeaux à l'esté, au printemps aux Calendes Greques, à deux heures, à quatre heures* &c.
4. Verbis quoque simpliciter apponuntur nomina quædam

quædam gestum aut partis alicujus habitum significantia, ut

Elle vint parler à moi la larme à l'œil, vel *les larmes aux ieux*.

Il va par les rues l'epée au coté.

Il i faut entrer tette baissée.

Elle le vint prier tette découverte & pieds nuds &c.

quæ resolvi posse videntur per participium *aiant, aiant, la larme à l'œil & l'epée au coté.* vel adsciscitur *à*, *à teste baissée, à tette decouverte, à pieds nuds* &c. Et quidem præpositionis usus est frequentior.

Exceptio à regula.

Activa pleraque, quorum actio transfunditur in res externas & homogenias (id est, quarum partes appellationem retinent) inter se & nomina admittunt, *du, de, l', de la, des*. verbi gratia *j'ai acheté du vin, de l'huile: apporte de l'eau, de la chair. j'acheterai des ciseaus pour notre souper, si tu les veus plumer.*

Et hæc quidem, ut in Articulo docui, in parte significant: alias enim regulariter dixeris, *Vous buvez le vin à plaisir, & laissez l'eau pour les oisons.*

Ad eundem modum in parte intelligimur loqui dicentes *Il m'a donné des livres et des habitz* & similia. Quod moneo ne cum Burgundionibus & aliis Galliæ populis erres, Illi enim sic loquuntur, *Si j'avoi dargent j'acheteroi d'habitz* pro *si j'avoi de l'argent j'acheteroi habitz.*

habiz. Et sanè duriùs dixeris *j'ai d'or & dargent pour le present,* pro *j'ai de l'or & de l'argent,* quare vitatis vitiis puritatem sermonis sectabere.

Admonitio.

Observabis hoc loco nomen verbo postpositum habere articulum expressum, aut ejus impatiens esse, idque eo magis si in personam actio transierit Nec enim rectè dixeris *battre maitre* scilicet *battre le maitre,* aut *son maitre.* non *aimer pere,* sed *son pere* &c. Nisi forte duo copulentur, ut *perdre pere & mere: menacer maitre & maitresse* &c. Item casus verbis à quibus reguntur, postponi debent, exceptis *me, te, se, nous, vous* cum relativis ut, *Vous me batez, il te gaste, il s'endort, Vous vous aimons, vous nous aimez. Le voulez vous prendre? Celui que vous dites.*

Verba cum cum genitivo, id est cum nominibus, quibus *de, du, de l', de la, des* præeünt.

Quæ solis genitivis gaudent.

1. Quæ de loco motum significant, genitivos exigunt, ut

ettes vous revenu de la ville? du marché des châps?
Est il retourné de Rome, de la foire?
Sont ilz sorti.s de l'Eglise?
Ie ne sui partir de votre compaignie, Eodem spectât

Ie

Ie suis de Paris, Tu es de Milan, ceux-ci sont de Flandres quamquam hic non tam sit motus notatio manifesta, tamen intelligi potest, *Ie suis issu de Paris* &c. Sic dicimus *je suis de l'an 43. ois* pro *je suis né, ou je naquis l'an 43. ois.*

Porrò ad motum de loco semper hæc vocula adhibetur *de*, cui alia surrogari nequit, nisi in relatione hoc pacto, Inter. *Avez vous été a Rome? j'ai fait plus fort, j'en suis revenu. Vous desiez d'aller là, mais il me semble que vous en revenez ja.*

2. Eędem voculæ præfiguntur nominibus, quæ à verbo *jouir* reguntur, ut *il seroit riche assez, s'il jouissoit de son bien. Il a le chateau, mais il ne jouit pas des appendans.*

3. Sic *parler, vivre*, & alia nonnulla construuntur, *parler d'autrui, on ne peut vivre de l'air.* Verùm pleraque his affinia genitivum ad accusativum adjungunt.

Quæ præter accusativum genit. postulant.

1. Nomina materiæ, caussæ & instrumenti apponuntur verbis beneficio particularum *de, du, des*, ut *il a bati sa maison de pierres. de briques. de bois. Couvrir un edifice de tuiles, d'ardoises, de paille, ou étrain. faire un pont de claies. s'ébaïr, s'emerueiller, s'étonner, se donner de mervcilles de quelque chose.*

Il fait la guerre de la langue, Il vous l'a abbatu par

S *terre*

terre d'un coup de poing bien aßis. Eraste écrit de la main gauche, aucuns écrivent außi du pied. Ilz l'ont navré de leurs épées, couteaus, & batons qu'ilz trouverent. Dices tamen *ilz l'ont navre à belles coutelaces* &c. Item nota ad imperiũ hoc *ouvréz l'huis*, quæri posse, *de quoi? à tout quoi? à tout noz doitz? Avec quoi? avec noz doitz?* Rectè etiam ĩ dixeris, *la porte taillée de Bezançon est faite au marteau*, non autem *du marteau, Cela est fait à la main*, non autem *de la main.*

2. Eadem constructione utimur cùm aliquid ab aliquo quoquo modo profectum docemus aut cõtra, ut *De qui tenez vous ceci? De qui avez vous oui cela?* Sed hæc oratio tam pafsivè quàm activè potest intelligi, & latinè modò per ex, modò per de interpretari.

Similem constructionem & pafsiva flagitant; sed ea in Participiis expediam, ad quem locum non incommodè referri posse existimo,

3. Verborum accusandi, absolvendi, onerandi, implendi & contra; proprius casus est genitivus post accusativum personæ aut rei, ut *accuser de larcin, Il le charge de larecin, de sacrilege, de deloiauté, d'homicide. absoudre de peché, delivrer de tous clains. Vous vous et tes surcharge de vin. Remplir son ventre de cuisine.* Talia sunt *garnir, farcir, fournir.*

4. Quæ commonitionem significant. ad accusat. personæ, genitivum rei adjungunt, ut

admoneter

admoneter quelqu'un de son devoir

avertir quelcun de quelque chose .dicimus etiam *avertir sur quelque point.*

5. Abstinendi verbum eandem recipit constructionem, ut *abstenir & s'abstenir de chair & œufz, s'abstenir des femmes.*

Quam rationem & simplex ejus imitatur, sed sequente alio verbo veluti

Se tenir de rire.

Il ne se sait tenir de dormir

Quædam variam constructionem sortita.

Reperies nonnulla, quæ eodem sensu varia constructione efferuntur, ut

éloigner le vice, &	*s'éloingner du vice,*
éloigner la ville, &	*s'éloigner de la ville.*

Verba cum dativo, id est cum nomine præcedentibus *à*, *au* vel *aus.*

Ex casibus, quos pronominibus aliquot accidere docui, judicium de veris articulis aut præpositionibus constitui potest: Nam si nomina *à*, *au* vel *aux* pręse requirãt in pronominũ loca substituta, voculę illę articuli dicẽtur, nõ prępositiones: nisi quatenus in eadem sententia pronominibus etiam anteponentur. Verbi gratia. *je t'avoi bien dit ceci. I'avoi bien dit ceci a Nicolas* hic *à* articulus esse censeatur non præpositio: nam si præpositio esset, etiam pronomini pręmitteretur, hoc modo.

Il n'a point parlé à Charles

Il n'a point parle à moi &c. Confuso tamen hoc discrimine, omnia Dativo construi dicam, quæ has voces *à, au, aus*, ante se recipient: vereor.n. ut subtilior hæc, minusve nota casuum differentia discentes plus æquo exerceat. Nunc ad regulas venio.

1. Pleraque verba ad accusativum rei quæ acquiritur aut adimitur, adsciscunt dativum personæ, cui aliquid accedit aut decedit. Observa non personis tantùm, verùm etiam rebus aut acquiri aut demi aliquid.

Accordez lui tout ce qu'il dira, pour point avoir noise.

Donnez lui ce qu'il demandera

Rendre à chacun le sien

faire plaisir à tout le monde.)(Ne faire à persone déplaisir.

Pardonnez lui cette faute. Quittez lui cette dette. Sic cōstruuntur *demander, mander, commander, signifier, conter, dire, écrire, r'apporter, montrer, enseigner, faire, savoir, ramentevoir &c.*

2. *Nuire* solo dativo gaudet, *Ne nuisez à persone. Ceci vous pourroit bien nuire*, nec accusativum admittit sicut superiora.

In multis dativus sine *à, au, aus* efferri nequit.

1 Dativos

1. Dativos sine particulis *à,au,aux* non recipiunt quædam, ut

vaquer aus études. Vaquer à autre chose.
s'adonner,s'amuser à quelque chose
se courroucer,s'attaquer à aucun.
c'est à faire à moi,c'est à faire à chacun vel *c'est affaire à un chacun*, pro *d'un chacun*, quemadmodũ dicitur *Elle est fille à Iaques*, pro *de Iaques.*

Sic *parler à quelcun*, non *parlez mot*, aut *me parlez vous*, licet rectè dixeris neganter *Ne m'en parlez plus. Ne me parlez meshui de cet affaire. Et ne lui en parlez de votre vie mot. Lui en voulez vous encor parler?*

2. Nominibus vrbium minorumque locorum præmittimus dictiunculas *à,au,aux*, idque tam cum verbis motus ad locum, quàm quietis in loco, ut

aller à Rome,à Paris,à l'Eglise,à la maison
courir à l'Ecole,au marché,aux chãps,à la fonteine.

Sic *arreter à Rome,à l'Eglise. Estre à la maison:* Verum in quietis significatione adhiberi possunt *en,es.*

Motus porrò in regionem aut provinciam, locumque majorem, requirit præpositionem *en*, ut *Il va en France, en Italie,és Alemaignes.es Illes nouvelles &c.*

3. Verba item hæc *s'ébattre,courir, choper, hurter, tomber,cheoir,trebucher, à quelque chose* & similia huc referri debent. Fortasis & *jouer*, licet dicamus *jouer un jeu,une Comedie,une farce:quel jeu jouez vous?*

 activorum

s'entendre à quelque chose, vel en quelque art.

DVO VERBA.

Duorum verborum sine copula cœuntium alterum infinitivi modi est, ut

tu sais bien parler à ton avantage
Vous ne pouvez rien souffrir
Il veut toujours & par tout estre le maitre.
Qui veut avoir quelque chose de lui le doit flater.
Il dit vous bavoir dit, id est *qu'il vous a dit.*

Eodem modo Latinorū Supina in um efferimus, ut

Venez jouer, chanter, danser, diner &c.
Allez chasser, tirer, pécher.
Venez donner le bon jour à votre mere. Atque ratione haud quaquā dissimili infinita infinitis præeunt *savoir parler, voulcir estre, voulcir avoir, venir jouer, aller chasser* &c.

Porrò plerumque interjicitur *de* vel *à*. Et quidem verba studii sequitur *de* hoc pacto.

Efforce toi d'apprendre
Gardez vous de méprendre, de chopper, tomber.
Gardons nous de faillir
Avisons d'en emporter plumes ou éle.
Il desire de cognoistre & savoir
Ilz desirent de commander à tout le monde &c.

Sed tamen verbo actionis finalis antecedit penèsem per *a*, ut

Apprenez a lire & écrire, a chanter & danser.
N'apprens pas a mentir, a jurer, a medire.

taché à te faire aimer, à te bien gouverner. quamquam in nonnullis recipi posſit *de*. Verum his affinia quædam, capite ſequente expediam.

DE INFINITIVO.

Verba infinita nominum loco uſurpata frequenter reperiuntur, ut

Dire & faire ſont deux.

Promettre & tenir ſont deux.

beau parler n'écorche point la langue.

trop grater cuit, trop parler nuit.

au congé prendre ne ſe ſeut tenir de plourer &c. Nã ea ſæpiſsimè nominum natura aſſumta, præpoſitiones adjunctas habent, ut

Les uns ſe mirent à rire & les autres à pleurer.

Par trop promettre on eſt mècreu.

Par trop boire & manger, ſont cauſées maintes maladies.

Il partit ſans dire mot

Pour avoir bien ſervi, on devient maitre.

Par trop legerement croire on eſt deçu.

Notandus autem eſt peculiaris quidam Infinitivorum uſus, quem latinè per eundem modum non poſſis exprimere. Eſt hujuſmodi.

Il me promit venir ici devant que de parler à autrui.

Il me dit d'aller chez vous devant qu'autrepart.

Il fit ceci avant en parler à perſonne &c.

Alias

Alias Infinitivus locutiones implicitas ingreditur, veluti

Vous disiez de vous en garder.

Il se vantoit bien de faire merveilles

Nous ordonnons de mettre ordre à &c.

Vous promites me contenter &c. pro *que vous vous en garderiez, qu'il feroit merveilles, qu'on mette ordre, que me contenteriez.*

Est & Infinitivus usui absolutis Latinorum ablativis efferendis hoc modo.

Avoir fait cela, cela avoir fait hoc facto.

avoir racontées ces choses his narratis &c. quæ explicantur præmissa dictione *aprez*, sic *aprez avoir fait cela, aprez avoir raconté ces choses.* quas phrases non minùs eleganter per participium reddideris, *cela fait, ces choses racontées* &c.

Incidunt etiam verba Infinitiva in orationis ex abrupto factas, & nihilominùs ex præmissis pendẽtes, veluti

Et nous de rire, & lui de pleurer.

Et nous de boire & faire grand'chere &c. N. nous vint avanthier voir, lors flacons d'aller, instrumens de jouer. Invenies quoque sine verbo *& flacons & bouteilles en avant.* Sed implicitæ hæ locutioues integritati perspicuæ reddentur beneficio verbi incipiendi. hoc pacto *à lors nous commença mes à rire, alors nous nous mimes à boire & faire grand'chere.* Quãquam qui hæc curiosiùs expendere volet, ob oculos

sibi ponet Latinorum Historiographorum Infinitivo pro Indic. Imperfecto utentium stylum,& dispiciet num qua insit similitudo.

De Pasivis.

Si quid de verbis Pasivis forsan expectas,id ipsum in Participiorum Syntaxi invenies:nam pasio grammatica non ad Verbum, sed ad Participium pertinet,cujus beneficio pasivorum omnia tempora, uti pleraque Latini, Græci, Germani & Dani circumscribimus.

DE IMPERSONALIBVS.

Impersonalium notæ suis verbis eadem ratione adponuntur,qua nominativus verbo finito personali, quod hæc exempla testatum facient.

Il faut faire du mieus qu'on peut,quand on i est.
On ne sait si on doit empoigner les armes,ou viure en paix.
On dit qu'il i fait meilleur marché,qu'ici.
Que dit on? que lui a on répondu?
On devroit prendre garde à ceci. Ausi fait on.
Il dit qu'il i faut aller d'autre sorte.
Ausi faut il. I'enten qu'il ne lui suffit point. Ausi ne fait il &c.

Inter Impersonalia recenseri debent *il i a, & il est,* quibus

quibus voces (ut videntur) nominativi casus tam singularis quam pluralis numeri adduntur, ut

il i a un home à Rome, qui s'aide de ce qu'il a.
il i avoit deus ou trois mile personnes.
il i en avoit deus qui surpassoient les autres en beauté
Il est heure de &c. Il n'est point encore temps &c.
Il est des gens qui ne craignent ne dieu ne diable.
Il en est d'autres qui font grand estime de ce que prisez si peu.

Sed ab omni prorsùs casu aliena sunt & regimine, *il gele, il neige, il vente, il tonne* &c, Nisi quod dicamus, *Il pleut du sang, des pierres, il grelle des pierres* &c. quæ sic intelligi debent, *le sang chet en guise de pluie, pierres en guise de grelle.*

Regimen Impersonalium.

Pleraque Impersonalia, quæ activa vulgus nominat, quæquæ sensum per se alio verbo non absolvũt Dativos poscunt, ut

Il me, te, nous, vous faut faire cela, non autem cum nomine, nisi facta resolutione *Il faut que Iaques face cela.* Reliqua & cum nomine, & cum pronominibus istis usurpabis

Il ne m'appartient pas d'en parler
Il n'appartient pas à moi, ni à vous,
ni à homme vivant d'i contredire.

Il me tarde d'attendre, Il vous ennuie de vivre.

Il vous en aviendra tout ainsi: tout ainsi vous en prendra il.

Il plait ainsi à Dieu & au Roi &c. Infinitivus sequens Impersonale *falloir* absolutus est nec ullã vel præpositionem vel articulum præ se habet, cum alias Infinitivis præfigatur de, ut vides in datis exemplis.

Tamen absolutè etiam rectè dixeris *Il ne vous suffit jamais non plus qu'aus autres*, etiamsi Infinitivus nonnumquam subsequatur hoc modo, *Il ne vous suffit point d'avoir pour vivre honnestement.*

Porrò dativus ille plerumque in nominativum resolvitur, ut *Il m'appartient d'en parler*, id est *il appartient que j'en parle. Il me faut faire ceci* id est *il faut que je face ceci* &c. Sed Infinitivi nullus est usus, vbi de tertia persona sermo fit, sed explicatè eloquimur, *il faut que le sujet obeïsse à son seigneur. Il faut bien que Iaques vous l'aie dit, puis que le savez.*

Dativus dissimulatus.

Tacitum dativum etsi raró, aliquando tamen præterimus, ut

Tout ira bien si Dieu plait, pro *s'il plait à Dieu.*

Hæc & similia docui frequenter personalium modo accipi, cùm videlicet nominativum ante se patiuntur, ut *cela me deplait, Ceci me plait; Ce ne vous appartient*

appartient pas &c.

Impersonalia quibus vocula *on* propria est, sequuntur constructionem eorum, à quibus descenderunt, ut *on vous fait tort: Lon parle de lui: on vous compose, on vous mettra tôt en oubli* &c.

DE PARTICIPIIS.

Participia imitantur verborum suorum constructionem, ut

C'est un homme craignant Dieu & faisant grand état des lettres.
Il i vint cuidant nous faire à croire ce qu'il voudroit.
Ilz sont là faisans grand'chere.

Sed participium converti in Infinitivum potest assumta prępositione *sans*, *Il meine vie dissolue ne pensant aucunement à l'avenir*, vel *sans penser aucunement* &c.

In ant participium præmissa præpositione *en* gerundii vices obit, veluti *en dinant* prandendo, *en soupant* cœnando vel inter prandendum inter cœnandum: *en déjeunant* jentando aut inter jentandum. *Parler en mangeant, manger en parlant. Aller en chantant, chanter en allant: parler en dormant* &c.

Porrò ne hic cũ multis fallaris: si quidem hujusmodi participia pro gerundiis scilicet accepta pluralē ignorant. Ideoque errãt mea sententia dicentes

En

En nous ébatans pro *en nous ébatant* &c. Rejectæ autem præpositione multitudinis terminatio tribuetur, dicetque *Ilz vont disans*, non *ilz vont disant*, de qua orationis forma, quia huc sum delapsus plura dicenda videntur.

Verbum *aller* participia in *ant* antecedens videtur significatum suum deponere, & auxiliarem naturā induere: adeo ut ipsum cum participio cui præit, cōstituat participii illius frequentativum, ut

aller disant dictitare

aller chantant, cantitare. Sic *Il va blamant les bôs espritz*, pro *il blame*, aut *il fait métier de blamer les bons esprits*. Verbum autem *aller* motum non significare ex eo patet, quod manente eadem significatione converti repugnent: diversus etenim est harū formarum sensus, *Il va blamant* & *Il blame en allant*.

Participia *aiant* & *étant* præteritorum terminis præposita, elegantem & notatu dignissimum usum sortita ad orationis brevitatem permultum valent: idque sine certa personæ, numeri, aut temporis differentia, quę ex adjunctis intelligi debet. Exempla hæc sunt

aiant fait cela je vous viendrai tenir compagnie.
aiant dormi trois ou quatre heures tu te leveras
aiant veillé jusques à minuit vous vous couchereZ.
aiant fait ceci, il fera autre chose.
aiant executé votre commandement m'est venu voir.

estant

estant tombé se faut relever.

Et lui étant chëu se releva legerement &c. plura in passivis recensebuntur.

Participia passiva.

Cum Germanis passiva verba periphrasi explicamus (quod Latini atque Græci quibusdam temporibus factitant) ideoque eorum ratio ad hunc locũ pertinere videtur: quandoquidẽ princeps vox hujus est ordinis.

His inservit prepositio *de*, ut

Ie suis aimé des bons & haï des mauvais

Il est souhaité de tous: favorisé d'un chacun.

Elle étoit accompagnée & accostée de trois autres Damoiselles.

Frequens porrò est *par*, ut

Ie fut conseillé, enhorté, persuadé, & induit à ce faire par ses compagnons.

Il fu conduit et mené en ce chateau par deus écuiers.

Passivis etiam (quamquam rariùs) operam suam tradit *à* veluti

c'est bien fait à toi rectè fecisti.

ce fut mal avisé à vous.

c'étoit bien dit a vous, & mal répondu à lui,

Ce fut sagement prevu à vous &c. quæ sic reddideris, malè ab ipso responsum fuit, & sapienter abs te prævisum. Nec existimo unquam extra hunc modũ à nobis Latinorum prepositionem in passiva oratione usurpari.

Postremò.

Postremò absolutè interdum Latinorum more ponuntur, uti superiùs insinuavi, exempli caussa

ceci dit, cela fait.

ce entendu & bien consideré

ces nouvelles entendues

le different ja bien accordé &c. quas orationes assumta voce *etant* explicabis hoc modo, *ceci étant dit: cela étant fait* &c. Vel sic resolves *aprez que ceci fut dit; aprez que cela fut fait* &c.

DE PRAEPOSITIONVM Syntaxi.

Præpositioues semper antecedunt voces, quibuscum construuntur, sed non uno eodemque modo: nam quædam simpliciter, aliæ assumtis aliis præpositionibus preponuntur nominibus.

Simpliciter nominibus adponuntur hæ.

a, au	*chez*	*en, es*	*sans*
amont, aval, contre		*jouxte*	*selon*
aprez	*de, dedans*	*lez*	*sous*
avant	*deça dela*	*mi*	*sus*
avec	*depuis*	*par*	*vers*
atout	*derriere, devant*	*pour*	

Obiter notandæ veniunt hæ locutiones,

Puis que votre mere est à Notre Dame, allons nous en

à

à S. Denis, ou à S. Iaques.

Vous revenez de S. Estienne, allons donc à la Magdeleine. & similes quibus aliqua inest cognatio cum latinis formis AD CASTORIS, AD POLLVCIS, AD BONÆ DEÆ. Namque in his vocē *Eglise* aut similem subintelligimus. Quamquam etiam hac ratione tempus notatur, ut *Il prendra femme à la Magdeleine, à la Sainte Catharine.* Et tunc quidem ob tacitam fœmininam vocem nomini masculino præfigitur fœmininus articulus hoc modò *à la* S. *Martin.*

Implicitæ etiam phrases sunt

aller à l'eau, à la fonteine pro *aller querre de l'eau, aller querir de l'eau de fonteine.*

aller au vin pro *aller en la cave* vel *à la taverne pour en apporter du vin.*

Il est au vin pro *il est allé querre* aut *acheter du vin*

Sic *aller au fourage* &c.

Hæ inter se & casum interserunt *de, du, des.*

arriere *jus*

loing *autour* cum omnibus compositis ex *au*, *arriere des coups. loing du feu, prez de la table: auprez de l'Eglise.* Sed tamen etiam omitti præpositio potest *auprez le marché: au dela des mons* &c assumtis rectis articulis. Sunt porrò etiam quæ utroque modo construuntur, ut *prez la maison de*

votre pere,& *pres de la maison de votre pere*. id eſt prope ab ædibus paternis. *hors la maison & hors de la maison*:*atravers le marché*,& *à travers du marché* vel rectius *au travers du marché*.

jusques numquam ſine *à* nominibus præponitur, ut *jusques à Rome*,*jusques à quatre ans*.Verùm cum adverbio *ici* abſolutè ponitur euphoniæ gratia, *jusques ici*.

Compoſitarum eadem ratio eſt, atque ſimpliciũ, demtis iis quæ ex *au* ſunt conſtitutæ, quibus genitivus peculiariter tribuitur ob eam cauſſam, quam in Etymologia indicavi.

Nomen inſtrumenti, cauſſæ & modi ſemper præcedit aliqua præpoſitio, cujuſmodi ſunt *de*,*du*,*des*,*à au*,*aus*,*avec*,*atout*,*par*. Porrò docendi gratia diximus genitivi caſus præpoſitiones ſeu notas eſſe *de*, *du*,*des*,& ante vocal.*de l'*.Dativi autem *à*,*au*, *aus*, vel ante vocal.ſing.*à l'*: non ſecus ac præ vocibus fœmininis *de la*, & *à la* ponimus.

Ex his præpoſitionibus ſeu articulis aut voculis erui debuit potiſsima Syntaxeos tradendæ ratio: ideoque cum illarum ubique mentio fiat, uſu per totum penè hunc librum diffuſo, non neceſſe fuit plura in hunc locum repetita conferre.

DE ADVERBIORVM Syntaxi.

Adverbia ſimpliciter nominibus præfixa.

1. Simpliciter

1. Simpliciter nominibus præmittuntur adverbia demonstrandi, ut

voici Antoine

voila celui, de qui tu parles.

voila votre argent, rendez moi mes gages. Sed nihilo minus pronominibus quibusdam postponi consueverunt, veluti

me voici, vous voila

nous voici, les voila. Apponuntur etiam interdum verbis Infinitis hoc pacto, *Voici venir les deux que vous demandez* &c. Verùm tunc non videntur penitus verborum naturam deposuisse.

2. Item nominibus adponuntur *bongré* & *malgré* seu *maugré* nullius voculæ auxilio, ut

Il fit cela bongré son pere q.d. *avec le bon gré de son pere*, id est bona cum patris gratia.

Il alla maugré ses parens & amis.

malgré toi & les tiens. &c. Sed tamen in his aliquando verbum *avoir* usurpamus. *Il le donna malgré sa mere*, vel *maugré qu'en eut sa mere.*

Adverbia post se flagitantia *de* &c.

Quæ quantitatem notant, inter se & nomen rei, cujus designatur quantitas, interserunt *de*, ut

beaucoup de propoz, peu de sagesse.

plus de promesses, que de dons

mout de paroles, peu d'argent.

planté de biens, gueres d'honneur.

plus de plaitz, que de moien.

je n'ai pas de quoi, tu n'as pas de honte.

Il n'a point de méche ne d'huile (Alioqui rectè etiam dixeris, *il n'a ne pain, ne pate. Je ni trouvai ne fu ne lu*) Sic

ô que d'écuz, ilz m'éblouissent les ieux.

ô que vous avez d'affaires.

Mon Dieu, qu'il endure de peines. Semper autem ferè adverbium præcedit nomina quibus vult præmitti *de*, ut *j'ai assez de bois pour passer mon iver.* Verùm si quantitatis adverbium subjunxeris, mutabis *de* in alias voces hoc modo,

j'ai du bois assez pour passer mon iver.

j'ai de l'or & de l'argent assez pour moi.

Vous avez du drap trop plus qu'il ne vous faut,

tu as du vin assez pour ton année

Nous avons de la chair assez jusques au quarême.

cùm naturali ordine servato dicendum sit, *assez de bois, assez d'or & d'argent, trop plus de drap* &c. Itaque non levis habenda est ordinis ratio: utcumque tamen sententiam inflectas, voculæ hæ seu articuli numquam abesse debent, nec rectè cum quodam dixeris *Elle a tenu de lui moins conte que devant*, pro *moins de conte*, aut per nomen *moindre conte.*

Exceptio

Exceptio.

Ex tanto numero unum immediatè nominibus præcurrit: id est *force*, ut

Il i a force gens.
Nous i vimes conter force écuz au soleil
Il lui menera force gens de cheval & de pied.

Admonitio.

Occurrent (ne fallaris) orationes implicitæ, in quibus quantitatis adverbia substantivis immediatè præfixa videantur, ut

I'avoi tant peur, que je tremblois.
il a tant faim qu'il enrage.
Vous avez si soif que rien plus. Sic *tant froid, tant chaud*, &c: In quibus omnibus subintelligitur adjectivum *grand*, sic *j'avoi tant grand' peur, grand' fain, grand' soif, grand froid, grand chaud* &c. Nam hæc quantitatis intendendæ vim habentia communiter præcedunt adjectiva, ut *Il est tant docte que rien plus. Il est si homme de bien, & si honneste que pourriez souhaiter.*

Reliqua absolutè efferuntur, nec quicquam regunt, ut *ici, là, demain, matin, soir, bien, mal* &c.

CONIVNCTIONVM
Syntaxis.

Conjunctio similes modos casusque copulans, sententiam sententiæ annectit, ut

Louis est mon bon compagnon & ami: aussi lui porte-je amitié & honneur.

Vous lui avez promis un cheval & deus levriers.

Ie ne puis humer & souffler tout ensemble.

Elle pleure & rit.

Martin est paisible & homme de bien. hìc ideo tantùm exprimitur vox *homme*, quia alias genitivus sequeretur.

Il est homme de bien & de grand savoir.

Ceci appartient à mon frere & à ton pere.

Porrò observabis post copulam, genitivi notas omitti posse pro vocis tenore, ut *Il est homme de savoir & honneur.*

Item odiosam esse repetitionem pronominum verbis præfixorum, ut

I'espere & crain

vous oiez & entendez ce que je dis.

Ilz font & laissent ce qu'ilz veulent. Eadem ratio est Impersonalium, ut *Il faut & convient que on vous commande & ordonne*, & in quibus verbum post copulam positum tacito vel pronomine, vel Impersonali signo effertur.

Immò, quod magis mirum videri potest, ea vis conjunctionibus copulativis inest, ut verbum illis postpositum auxiliari suo destituatur, tacita etiam relatione, verbi gratia.

Ie l'ai acheté & paié.
vous l'avez vendu & livré.
Ilz les ont navrez & tuez &c. ubi repetitione, nostræ aures offenderentur: non ergo dices. *Ie l'ai acheté, & je l'ai paié*, quamquam interdum per Emphasin rectè dixeris *je l'ai acheté & l'ai paié*. Adhęc si verba diversi generis erunt, vix præter pronomen personale quicquam detrahetur, ut *Ie le suis allé voir & ai diné avec lui.*

Eadem constructione gaudent & disjunctivæ, ut *ce livre la est à Iaques ou à Nicolas. Ceci ne touche ni à l'un ni à l'autre. Vous le ferez, ou direz pourquoi non.* Verùm etsi liceat post copulantes dissimulare genitivi notas, sic *c'est le chariot de Ian & Hector*, & dativi, ut *Il en veut à vous, & votre cousin* &c, non tamen omittentur post disjungentes, ut hîc vides.
Ce n'est ne le livre de votre, pere ne de votre frere, ne de quelque votre ami.

De *Si*:

Per plures modos ac tempora vagatur *si*, verùm diverso sensu, ut frequens usus facile confirmabit. Sed potissimùm constructio ea notanda est, qua redduntur hæ & similes orationes.

Si essem tuo loco *Si j'étoi de toi*, vel *si j'étois en ta place.*
Si te sequerer *Si je te suivois*
Faterer si id fecissē, *Ie le confesseroi, si je l'auoi fait.*

Si unquam dives ero *Si je suis unefois riche.*
Si eum vidissem, allocutus fuissem, *Si je l'eusse vu, j'eusse parlé à lui* &c.

De Asyntheto.

Si plura epipheta seu attributa cōgererentur, eleganter copula omittetur ad ultimum usque, ut
Elle est honnette, gente, affable, courtoise, amiable, belle & bonne.
En lui sont orgueil, avarice, envie, & tous autres vices logez.
Il est beau, jeune, fort, de belle taille, dispos &, en bon point.

De Polisyntheto.

Interdum singulis propè vocibus præfigitur copula, ut
Cela compete & à nous, & à vous, & à lui, & à tous gens de bien.
N. est rassis, & sage, & eloquent, & de bon entregent.
Verùm epitheta bina maiore cum gratia connectes hoc pacto, *Elle est gente & honnette, affable & amiable, douce & courtoise, belle & bonne.* Quamquam usitatè & communiter bis terve repetitur, veluti
Il est jeune & puissant, & dispos.

Il est gras, & gros, & en bon point.

Illæ porrò conjunctiones quæ à sensu disjungendo nomen acceperunt, exprimi ante quamlibet vocem debent, ut

Ceci ne profitera ni à moi, ni aux miens, ni à toi, ni aux tiens, ni à cetui ci, ni aux siens, ni à personne du monde.

Il n'i avoit ne pain, ne pate, ne farine, ne froment, ni autre chose necessaire.

Constructio Interjectionum.

Interjectionum pleræque nudis nominibus adhærent, ut

Ach moi miserable?

Ach le povre homme?

Ha? méchant c'est ta fin.

Excipe provocantis irritantisque *fi*, quæ postulat genitiuos ut *fi de toi & des tiens. fi du plus hardi de vous tous.*

Alias detestandi significatióne nominibus rariùs jungitur ut *fi, fi, qu'il est laid.* Et nonnunquam *fi de cela*, sed rectiùs, *fi, que cela put.* Ad quem modum reliquis omnibus ferè utimur non attributis vocibus, quibuscum construantur.

Atque ita per singulos vocum ordines vagatus, demonstrasse mihi nostri sermonis structuram

abundè videor: & regulas ſuppeditaſſe quibus tyrones niti queant. Ordinem autem, quem tenui, nolo temerè à quolibet reprehendi, aut ab ullo indicta cauſſa damnari: ſcio enim quanto mihi labori fuerit, nec exiſtimo commodiorem viam facilè tradi poſſe.

FINIS.

Hæc Grammatica Gallica imprimi & distrahi potest, quæ quod fidei synceritati obsit, nihil continet.

VValterus vander steeghen S. Theol. Licentiatus, & Eccles. Antwerpien. Canonicus.

ANTVERPIAE
EXCVDEBAT AEGIDIVS
RADÆVS IDIB. MART.
M. D. LXXVI.